



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

4  
IOANNIS FRIDERICI  
HOMBERGK A. Dissi.  
zu Bach 4807

IVRIS IN ACADEMIA MARBURGENSI  
PROFESSORIS ORDINARII


THEMIS  
SEV  
DE ORTV LEGIS AETERNAE  
SECUNDVM  
SENTENTIAM GRAECORVM  
LIBER SINGULARIS.



MARBVRGI CATTORVM

---

TYPIS ET IMPENSIS PHILIPPI CASIMIRI MULLERI  
ACAD. TYPOGR. ET BIBL. CIC 1000 XXV.



VIRORUM  
NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO  
DOMINO  
IOANNI VVERNERO  
HVBERO  
BASILIENSI  
PHILOSOPHIAE ET IURIS VTRIVSQUE DOCTORI  
CLARISSIMO  
IOANNES FRIDERICVS HOMBERGK  
zu Bach  
Xaipeiv.

**N**unquam sane de hac commentatione in Themidem typis committenda cogitavi, nec ullam unquam force causam credidi, quae animum meum ad eam edendam concitare posset. Perfunctorie enim laborem hunc confeceraam, istum saltem in finem, ut ipse in sententiam antiquissimorum Graeciae sapientum, quam sub fabula de Themide occultare voluerunt, inquirerem. Summam vero eius publica, ut nosti, praelectione studiosis iuris diligentissimis mibique coniunctissimis proposueram, quo iucundae illius fabulae explicatione tractationem controversiarum iuris ciuilis iucundiorem redderem, simul taedia, quae scrupulositas istius iuris creare solet, paulisper leuarem. Eum finem

42

obtinuisse satis mibi fuit: neque enim alius menti meae tum  
temporis obuersabatur. Existare quoque sciebam scriptum Vi-  
ri cuiusdam doctissimi et clarissimi, quo copiose et eleganter,  
quae ad Themidem pertinent, exposita leguntur: huic qua-  
dam addere difficile, doctiora vero et solidiora afferre, supra  
vires et facultates meas possum intelligebam. At vide,  
quid singularis Tua, VIR NOBILISSIME, erga bonas li-  
teras amor, quid studium et voluntas erga me Tua, quid  
iudicium Tuum apud me valcat. Quod enim ipse a me  
impetrare non potuissim, petitioni Tuae lubens concedo, ali-  
quoties iteratae, et plus ponderis momentique apud me ha-  
benti, quam omnes illae rationes, quae libelli huius diuul-  
gationem impedire, vel plane dissuadere poterant. Quare  
cum, Pindarote, ad honestam causam tria verba sufficient,  
accipe qualecunque hoc munus literarium, quod pro mul-  
tis tibi redditur officiis, virtuti et honori Tuo debitum, di-  
catum et consecratum: sitque illud meae erga Te volunta-  
• Catull. tis, studii, et amoris monumentum perpetuum. Tu vero \*  
ad Man-  
lum. sis felix et Tua vita et Tua domus. Huc addat DEVS quam  
plurima, quae Themis olim Antiquis solita est manera ferre  
piis. Vale. MARBURGI CATTORVM D. xxvi,  
MARTII ANNO clo lccc xxv.

THEMIS



T H E M I S  
S I V E  
DE ORTV LEGIS AETERNAE  
SECVNDVM SENTENTIAM  
GRAECORVM  
*LIBER SINGVLARIS.*



Lurima nobis quotidie, etiam *Multa no-*  
aliud agentibus, diuino quo-*bis quotidie*  
dam munere offerri, quae in *offerri ad*  
veritatis studio proficiendi, a-*proficiendū*  
*in sapien-*  
nimumque ab errore, igno-*tia.*  
rantia, caecitate, aliisque infirmitatibus li-  
berandi praebent occasionem, alibi a me di-  
ctum est: dignum, quod initio huius libri repe-  
tam, quo explicare constitui, quis sit animi  
mei sensus de Themide, quam Praesidem Iusti-  
tiae prisca finxit et statuit Antiquitas.

A

Admi-

*idque Dei  
benignita-  
te, ut a pra-  
nitate libe-  
remur.*

Admiranda enim et imperscrutabilis prouidentia diuina omni cura et studio id agit, ut animum humanum e folidibus, squalore et tenebris eductum clara luce collustret, atque ad lumen istud amandum impellat et incendat. Nullius tantum est flumen ingenii, quod diuinam hanc benignitatem dignis laudibus celebrare queat. Evidem si ea essemus voluntate ad eam amplectendam, qua ipsa est bonitate ad nos trahendos et ad contemplationem amoris et sapientiae suae alliciendos, incredibile dictu, ad quantum felicitatis et perfectionis fastigium breui perduceremur, quantaque sapientiae fieremus participes. Contra ea, nisi diuina clementia saepe nos, vel inuitos, ad bonum traheret auerteretque a malo, etiam cum id minime putamus, fieri non posset, quam ut prauae naturae impetu ablati, in extremam stultitiam, quae nec verbis exprimi, nec animo concipi potest, rueremus praecepites.

*Modos,  
quibus Dei-  
us id effi-  
cit, innu-  
meros esse.*

Viae autem et modi, quibus diuina videntur prouidentia, innumeri sunt et maximam partem vel ignoti, vel captum humanum exceden-

cedentes, vel inexplicabiles. Quam exiguum enim est, quod de Supremi Numinis ineffabili sapientia comprehendimus, qui a teneris non nisi nugis adsueti rerum corporearum rationibus occupamur, iisque obuiis, nec adeo a vulgari intelligentia remotis, sed quae oculis cerni et manibus quasi palpari possunt, imo, qui ne has quidem satis recte intelligimus.

Inter varios illos modos (de quibus prolixie vt agamus, nec tempus, nec locus patitur) maximam admirationem mihi semper mouit, saepissime nobis, de prouidentia diuina parum sollicitis, offerri ea, quae facultibus, ingenio et conditioni in vniuersum nostrae apprime conueniunt, quaeque nobis in vitae nostrae curriculo peragenda sunt demandata. Sic enim non raro vniuerit, vt omnibus licet subsidiis destitutis non ipsum solum obiectum, seu materia occupationis suppeditetur, sed etiam media necessaria, ingenium, vires, facultates, caeteraque operi perficiendo accommodata subministrentur, vt

nihil desit, multa abundant. Quare fit, ut saepius quis eo se adspirasse miretur, quo se peruenturum vñquam fore, non dicam, sperauit, sed ne cogitauit quidem: ut perficiat, quod nunquam in animum induxit: ut momento scribat, de quo nunquam cogitauit: ut laudet, quod ut laudaret, calatum non sumvit.

*Ipsam im-  
becillitatē  
nostram  
hunc fini-  
saepe infer-  
viro.*

Ipsa quoque imbecillitas naturae et inconstantia nonnunquam felicitatis nostrae laetum praebet exordium. Naturae enim ordo postulat, ut alia sint studia iuuentutis, alia aetatis virilis, alia senectutis. Praeterea ita in iuventute sumus comparati, ut seria ac taediosa contemnamus, et quae utilitatem affectibus nostris conuenientem eamque praesentem non praebent, ceu inutilia abiiciamus. Vnde haec alia saepe nobis aetate felici casu offeruntur, quasi in id tempus reseruata, ut iis tum recte utamur, quibus antea bene vti per ingenii imbecillitatem non licuit, imo quibus ne nunc quidem recte frui sciremus, nisi olim a nobis studio nostro indigna habita et neglecta iacuissent. Neque enim tum temporis satis

ad ea praeparati eramus, nec animo diligenter culto praediti, nec experientia et scientiarum v̄su valide instructi, sed, vt verbo dicam, lumine necessario siue naturae, siue gratiae, destituti.

Mihi quidem certe a multo tempore necessitas imposita fuit, ea conquirendi, quae olim vt vana, inutilia & falsa abieceram, illisque nunc vtor, vel ad solidae scientiae principia exinde petenda, vel ad ea, quae possidere mihi videor, confirmanda & illustranda. Ita omnino se res habet: vt ad scientiam quandam et sapientiam perueniamus, non pendet ab illorum voluntate, quorum institutione vtimur, sed ab animo nostro; animus autem noster vt talis sit, qualis esse debet, non nostri arbitrii res est, sed aliunde exspectari debet. Docet id experientia. Quibus enim optima quotidie solemus commendare, et quos de periculis in scientiarum pelago vitandis monemus diligentissime, vereor vt multi ex iis sint, qui ad mediocre quodam scientiae decus sint peruenturi, suo quidem ipsorum, non nostro certe vitio.

*Argumentum  
sum tracta-  
tionis pro-  
ponitur.*

Verum missis hisce rem ipsam aggredi-  
diamur et fabulam de Themide ab ASCRAEO  
ponitur. POETA in *Theogonia* et ORPHEO in *Hymnis*  
celebratam consideremus, olim nullius mo-  
menti aut usus habitam, Qua in re non id  
ago, quod illi solent, qui diutino morbo vexati,  
quum variis remediis adhibitis nihil inueni-  
rent, quo morbum aut depellerent, aut leni-  
rent, omni ope & praesidio destituti ac de-  
salute sua desperantes, tandem ad commenta  
anilia, vanasque delabuntur fabulas. Sed  
vtar beneficio, quod ab Amico (cui hoc no-  
mine multum me debere lubens confiteor)  
mihi nihil tale exspectanti oblatum est,  
et quae de origine diuini et humani iuris o-  
lim in mentem mihi venerunt, cum illis con-  
feram & componam, quae Poetae antiquissimi  
de Themide ejusque parentibus, coniuge  
et liberis prodiderunt, illorumque sapientiam  
sub sordido hoc pallio latenter detegere co-  
nabor.

*ST. PIG-  
GHIVS  
laudatur.* STEPHANVS PIGHIVS libro de *Themide Dea*  
ad

ad Cardinalem Granuellanum scripto, & generalia quaedam recte et, ut decebat Virum doctum, explicuit. Lubet tamen & mihi, data semel occasione, Veterum sapientiam perpendere, vel in scientiae meae incrementum, vel ad eandem confirmandam & stabilendam auctoritate Sapientum. Quid hac opera profecerim, non exponam, sed ad rem ipsam me accingam. Nam, ut ORPHEI verbis vtar,

θυμὸς ἐποτρύνει λέξις τὰ περ ὄυποτε πρόσθεν  
Ερραστός.

*Mens impellit dicere, quae nunquam ante  
Dixi.*

Paucis vero praemittendum, varias vocem Themis, θέμις, habere significationes. Primum enim idem est, quod *Ius*, *ius* et *fas*: vnde *θέμιστες*, *iura* apud HOMERVM & HESIODVM passim. Deinde denotat *vestigalia* et *tributa*, quae *Principi* solvantur, HOMERVS *Iliad.* I. item *oracula*, *vaticinia*, ex nonnullorum sententia; quamuis STRABO *Geograph.* lib. 7. in fin. Homerum nullibi *oracula*, *θέμιστες* appellare velit, sed *consilia*, *leges* & *instituta*: *oracula*

oracula vero rectius Tomoros & contracte Tmaros (vbi male Interpres, *constitutos super Tmaro*) dici. Apud CICERONEM quidem *Oratione in Pisonem* cap. 26. legitur THEMISTA, et apud Graecos θεμιστής, *Themistis*, sed locum Ciceronis suspectum iudicat IVSTVS LIPSIUS Var. lect. lib. 1. c. 18. et pro THEMISTA SAPIENTIOR, legit THEMIS SIS SAPIENTIOR. Verum alii ex Accusatiuo Graeco nominatiuum *Themista*, vti in aliis vocibus, formatum iudicant. Fuit etiam *Themista* quaedam Lampsacena Leontei vxor, philosophiae Epicureae dedita, ad quam Epicurum epistolas scripsisse refert DIOGENES LAERTIVS in *Epicuro*, LACTANTIVS et CLEMENS ALEXANDRINVS, qui eam θεμιστὴν vocat. De hac Ciceronem intelligendum putat AEGIDIUS MENAGIVS in *Histor. Mulier. Philosoph.* Segm. 69. et in *not. ad Lacrt. lib. 10. Segm. 5.* aliique. Emen-dationem Lipsii improbat IANVS GRUTERVS, et merito. Alia est *Themisto* apud HESIODVM *Theogon. v. 261. et NONNVM Dionys. lib. 9. in fine.* Alia quoque *Themisto*, quam foeminam indige-nam, Homeri matrem Cyprios existimasse, ac-  
que

que Euclum de ortu Homeri versibus (quisbus *Themisto* nescio fit) vaticinatura refert PAVSANIAS *Phocie. cap. 24.* Habet autem Themis eandem originem, quam *Georgias*, *Ilias*, *Homilia* etc. Num enim ab Hebreaco ~~en~~ perfectum esse, deriuari queat, ut GERARDVS ISACVS Vossius *Physiolog. Christian.* lib. 8. c. 18. existimat, merito quis dubitet.

Fabulam ipsam quod attinet, *Themidem* Veteres finixerunt *Cocli* et *Telluris* filiam, coniugem Iouis secundam, eique tres peperisse filias, *Eunomiam*, *Dicen* et *Irenen*. Deatii itaque iuris eam esse ferunt. *Festus* voce *Themis*: *Themis* Deam putabant, quae praecciperet hominibus id petere, quod fas esset, eamque id esse existimabant, quod et fas est. His addendi *SEXTVS POMPREIVS*, *HESYCHIVS* et alii. Haec etsi in sequentibus pluribus probatum dabitur, nunc tamen obiter moneamus, ut ex breui hoc compendio de arguento totius disputationis constet. Originem enim legis aeternae et vniuersalis, quam DEVS omnibus et singulis rebus creatis, homini in primis praescripsit, ex qua diuina et humana iu-

*Themidis  
parentes.*

ra, tanquam ex fonte deducuntur, indagabimus secundum sententiam Veterum.

Primum itaque THEMIDIS parentes dicuntur *Coelus et Terra*, ut HESIODVS canit in *Theogon.* ¶ s. 126.

Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἴσσον ἱαυτῇ  
Οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μεν περὶ πάντα καλύπτω,  
Οφρ' ἦη μακάρεσσι θεοῖς ἔδος ἀσφαλὲς αἰών.

ἀνταρ̄ ἔπειτα

Οὐρανῷ ἐνυγχεῖσα, τέκ' Ωκεανὸν βαθὺδίνην,  
Θειάν τε, Ρεῖαν τε, Θέμιντε.

*Tellus* vero primum quidem genuit aequalē sibi  
*Coelum* stellis ornatū, ut ipsam totam obregat,  
Vique effet beatissimis Diis sedes tutā semper.

coeterum deinde

*Coelo concumbens*, peperit Oceanum profundos vortices  
habentem,

*Theamque, Rheamque, Themisque.*

Et ORPHEVS *Hymno in Themidem*:

Οὐρανοπαιὸν ἀγνῆν καλέω Θέμην ἐνπατέρειαν,  
Γαῖης τὸ βλαστηρια νέον, καλυκώπιδα κούρην.

*Coeli filiam* cæstam voco *Themis*, bonis parentibus  
natam,

*Terrae* germen nouum, roseam faciem habentem puerilam.

*Coelus*, teste APOLLODORO Bibliothecæ libro i. in principio, omnium primus mundi universi imperio praefuisse fertur: idque confirmat ORPHEVS in *Hymno in Coelum*, vbi eum omnium genitorem vocat, maiorem natu, initium et finem omnium.

Οὐραν

Οὐρανε παγγενέτωρ κόσμου μέρος αἰὲν ἀτείρης,

Πρεσβυτένεθλ', ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτὴ.

*Coelum omnium generator, mundi pars semper indo-  
mita,*

*Antiquum principium omnium, omniumque finis.*

HESIODVS vero quanquam Coelum omnium regum antiquissimum expresse non statuat, omnium tamen Deorum generationem illi tribuit, atque ita illum omnium facit parentem. Sic enim ille in Theogonia vs. 44. et seqq.

Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν αἰδή

Εξ ἀρχῆς, οὓς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς ἐνύπει ἔτικτεν.

*Deorum genus venerandum in primis celebrant can-  
tilena,*

*Ab exordio, quas Tellus et Coelum latum genuerunt.*

Initium igitur omnium rerum Poeta refert ad Coelum et Tellurem, idemque postea vs. Amor anti-  
105. repetit, mox tamen quasi immemore eorum, quisissimus  
quae ante cecinit, Chaos primum exstisset re- Dcorum.  
fert, deinde Tellurem, Tartara atque Amorem;  
Deorum pulcherrimum; Tellurem vero, ut alia  
mittam, genuisse sibi similem Coelum stellatum,  
et deinde ex eodem multos peperisse liberos,  
ac inter eas THEMIDEM. Quare videndum, qua-  
le istud sit et an nulla huic insit contradic̄tio.  
Nam si historiam; siue fabulam illam specke-

mus, non *Coelus*, sed *Chaos*, vel potius *Amor* pro antiquissimo Deorum omnium habendus esset: quod ipsum etiam *PLATO* variis in locis affirmat, nec non *ORPHEYS* in *Argon.* vs. 14.

- - - καὶ δίφυῆ, περιωπέα κυδρὸν ἔργα  
Νυκτὸς ἀειγυνῆς πατέρα κλυτὸν οὐρανοῦ φάντα

Οὐλότεροι καλέουσι Βροτοῖ. πρῶτον γὰρ εφάνη.

- - - et excelsum duplex cui robur amoreum,

Quique frequens genitae est noctis pater inclitus,  
hunc se

Quod prior ostendit, nostri dixere Phaneta.

Sed vix est, vt credam priscos sapientes initio figmentorum suorum contraria secumque pugnantia proponere voluisse: sensus potius abditos plenosque variae sapientiae hisce inuolucris tegi et occultari existimauerim: qui licet penitus erui posse haud videantur, ex ipso tamen fabulac contextu quid desumi forte poterit, quod dubium tollat.

*Quid Phaneta est Orpheus.* Antequam vero, quid hac de re sentio, exponam, paucis sententias veterum de *Phaneta* indicabo, quas collegit *Vossius* d. lib. 8. c. 3. Alii enim statuerunt *Phaneta* esse *Tempus*, quod principium omnium rerum esse *SIMPLICIUS* *Orpheum* celebrare credidit. Alii eum *Diem*, vel diei auctorem

etorem Solem crediderunt, in qua sententia esse Diodorum Siculum lib. i. notat Vossius d. l. Alius praefectum prolificae potestatis interpretatur, PROCLES vero lib. 4. in Tim. Platon. simpliciter DEVM mundi opificem intellexit, eunique ideo Phaneta vocatum putat, quia patefaciat intelligibiles vnitates. LACTANTIVS verum DEVM et magnum πρωτόγονον primogenitum appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso cuncta generata. Sic illi, Vossius quidem dicto loco rem in medio relinquit: monendi tamen sumus sententiam eorum, qui per Phaneta Solem intelligunt et praefectum prolificae potestatis, conuenire cum illis, quae ORPHEVS tradit in Hymno in Primogenitum, ubi diserte eum Solem et Priapum nominat. Intelligibiles vnitates, quas ab illo patetieri scribit Proclus, Orpheum in animo non habuisse satis apertum est. Et licet recte cum Lactantio omnia, quae per vniuersam naturam ordinata sapienter et prouide constituta sunt et producta (quod vim et opus Amoris existit) DEO vero tribuamus: parum tamen apte id fit ad mentem Orph ei explicandam. Nam ille

*Amorem post Chaos, Saturnum et Aërem demum  
apparuisse, cumque biformem flagit, quod de  
DEO sine scelere cogitari nequit. Quid de Amo-  
re Plato senserit, exponere nunc non vacat.*

*Sub fabulis  
phaenome-  
na naturae,  
politica, et  
moralia oc-  
cultari.* His praemissis eidens puto, Veteres tota illa fabula, quam Theogonia[m] vocat Hesiodus, mundi creationem et variorum in hoc vniuer- so occurrentium phaenomenorum naturam, vel etiam eorum causam explicare voluisse, ita tamen ut eadem (quod obiter addo) ad alia quoque, et quidem ea, quae mores attinent, item Politica et Ius applicari saepe possit. Prius, quod dixi, probat HESIODVS in *Theogon.* Mu- fas suas inuocans vs. 108.

Εἶπατε δὲ οἱ τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,  
Καὶ ποταμοὶ, καὶ Πόντος ἀπέιριτος οἰδηπάτι. Θύεων  
Αστρα τε λαμπτεόντα, καὶ δυραὸς ἐνεὺς ὑπερθεν.  
*Dicite insuper, ut primum Dii et terra fuerint,  
Et flumina, et Pontus immensus, aestu furens,  
Astraque fulgentia et coelum latum superne.*

*Cur Coelum  
Hesiodus  
dixerit ar-  
tiq[ue]ssimum  
Deorum?* Posterius vero explicare adgressus est BACO DE VERVLAMIO, qui videri potest. Hoc posito sciendum, satis Hesiodo fuisse, si Deorum visibilium et primorum faceret mentionem eo in loco,

loco, quo de fine et scopo poematis sui declarando agit, quamuis deinde quis omnium primus existiterit, ostendat. Ex istis autem iuxta hypothesin fabulae, primi utique fuerunt *Coelum* et *Terra*. Horum enim beneficio sensibus nostris illi primum occurruunt, et ex utriusque coniunctione res creatae sublunares conscruantur et propagantur. Originem igitur Deorum in sequentibus explicaturus Hesiodus, initium rerum statuit *Chaos*, ac praeterea causam aliquam potentissimam, qui ex rudi indigestaque mole euoluit rerum creatarum formas. Hanc causam dixerunt *Amorem*, ut videre est apud PLATONEM in *Symposio*, *Timaeo*, et *Phaedro*, item ARISTOPHANEM in *Anibus*.

Haec et reliqua, quae Hesiodus narrat, existiterunt, antequam mundus formaretur ex *Chao*, cum unus adhuc esset toto naturae vultus in orbe, necdum discreta elementa, nec aetio aut imperium unius in alterum. Deinde exponit ea, quae ad mundum hunc visibilem, qualis nunc est, pertinent, quaenam scilicet eius pars prior existiterit, quidue postea fuerit productum.

ductum. Nam, quod notandum, semper illi a-  
gens aliquod et patiens ponunt, atque inter ea  
matrimonium quoddam fingunt et societatem.  
Quare si hunc ordinem consideremus, recte di-  
xerunt *Coelum* antiquissimum Deorum visibili-  
um in mundo formari iam coepit, a Tellure si-  
ne patre (nullam enim HESIODVS d. l. vs. 126, pa-  
tris mentionem facit, nisi *Amoris*, de quo in  
praecedentibus dixerat) genitum. Nam, ut i-  
dem Poeta ait, *Tellus* procreauit *Coelum* stella-  
tum, vt ipsam totam obtegeret. Vnde et *Or-  
pheus* *Coelum* appellat, *omnium genitorem, et coe-  
lestem atque terrestrem custodem, omnibus circumda-  
tum, vel omnia complectentem.*

*Coelus pri-  
mus impe-  
rium te-  
nuit.*

*Coelus* igitur primus tenuit imperium, cum  
mundus formari coepisset, quod facile intelligi-  
tur. Separatis enim ab inuicem quatuor ele-  
mentis *Coelum* non solum summum locum tan-  
quam subtilior pars nacta est, quod pulchre ita  
expressit OVIDIUS *Metam.* lib. I. vs. 26.

*Ignea conuexi via et sine pondere coeli  
Emicuit, summaque locum sibi legit in arce.*

Sed et vim agentem in terram matrimonii vin-  
culo sibi copulatam accepit, quam ambitu suo  
comple-

complectetur et foueret variasque ex ea rerum formas produceret. Quo ex connubio quot filii, filiaeue fuerint procreati, explicare nostrum non est, ea saltem consideratur, quae ad *Themidem a Coelio et Tellure*, ut Hesiodus refert, genitam pertinent.

Quem in finem inuestigandum ante omnia *Per Coelum et Terram res visibles intelligendae.*  
 venit, an per *Coelum* res quaedam inuisibilis, et per *Tellurem* inuisibilis tellus, ut vult st. PIGHIVS laudato loco, an vero *Coelum* istud stellatum et Terra haec pedibus nostris subiecta intelligi debeat. Ac mihi quidem non nisi visibilia hic accipienda videntur. Neque enim Orpheus vlibi *Tellurem* dicit inuisibilem, nec *Coelo* alia tribuit, quam quae adspectabili huic *Coelo* conueniunt. Sic enim *Coelum* dicit incorruptibilem, et immutabilem: moueri in orbem circa terram: sinu suo continere naturae necessitatem intolerabilem: coeruleum esse, valde variuru et multiforme in, HESIODVS quoque d.l. vs 45. *Coelum* appellat *latum*, item *stellatum* vs. 106. et terram obtegere ait v.127. Quibus accedunt ea, quae de scopo Poetae paulo ante diximus. Veteres

C

enim

enim occasione rerum visibilium, quas multarum aliarum causas existisse arbitrabantur, ansam arripuerunt, tantam deorum turbam sibi fingendi. Necesse igitur non est, ut vel Coelum, vel Terram quandam inuisibilem concipiamus; id quippe ad originem aut natales iuris parum aut nihil facit. Nam fabula res visibles repraesentat, ex quibus iudicium de rebus inuisibilibus formandum.

*Veteres o-  
riginem in-  
ris alte re-  
petuisse.*

Magis intellexisse iuuabit, quam ob causam Veteres originem iuris tam alte repetierint, idque ortum statuerint, cum praeter Coelum et Terram, Oceanum, Cœcum & Creum reliquosque Titanas, ac Saturnum et filias, quae Titanides appellantur, nihil exsisteret. Quanquam igitur, ut breuis sim, de nascendi ordine, quem THEMIS inter fratres et sorores, ex eadem matre a Coelo susceptos, sortita est, nihil constet: ratio tamen postulat, ut Saturnum, qui inter fratres illius natu minimus est, præ genere humano, coeterisque creaturis, quas tellus fert, existisse statuamus, ac proinde natales quoque Themidis origine generis humani

ni antiquiores ex opinione Gentilium fateamur.  
Nam diserte HESIODVS dicitur vs 137. Saturnum The-  
mide iuniorem facit, ut poteretur ultimum liberorum  
*Coeli*, et post filias, inter quas THEMIS, natum.

Ipsa vero iuris rerumque creatarum ostendit ratio, ius una cum ipsis rebus creatis ortum esse. Nam ab Amore, pulcherrimo, felicissimo & potentissimo deorum, ut eum vocat PLATO in *Sympoſio*, cuius imperio homines pariter atque deos subiici ibidem ait, non nisi pulchra, ordinata, bona, iusta et recta proficiunt, quae vocabula omnia ius indicant, eiusque existentiam probant. Iam autem, ne duae quidem res creatae simul esse et subsistere valent, nisi ius sit, secundum quod vel iuxta se consistant, vel in se mutuo agant. Ius quippe nihil aliud pro fine habet, quam rerum, quibus praecedit, conseruationem, neue haec in operationibus suis se iniucem impedi- ant et turbent. Quando ergo unum quid per omnia sibi simile tantummodo existisse cogitamus, nullus iuris usus potest concipi. At vero simul atque Coelum et Terra ex Chao'

prodierunt (inter quae summam intercedere coniunctionem ante diximus) eodem quoque momento ius seu lex adfuit, quae modum operandi ac limites secundum communes vel proprias vires determinaret.

*Ius etiam ex rebus creatis in-vestigandū.* Non absurde igitur Veteres Themidem ex Coelo et Tellure natam finxerunt. Siue enim quis terram intelligat omnigena rerum varietate instructam et cultoribus suis ornatam, siue incultam, rudem et horridam, qualis fuit cum Coelo in altum sublato ipsa in imo subsideret, perinde nobis est, qui non plus mysterii fabulae tributum volumus, quam verba Poetarum prae se ferunt. Quare si cui prior sensus arridet, patet primo, quod vulgo etiam notum, non aliunde ius colligi posse, quam ex rebus creatis, quae coelo et terra continentur. Deinde, cum inter omnes creature amicitia quaedam sit constituta, qua per tot annos et secula conservantur, mutuamque sibi praestant opem et officia, ius illis in ipso ortu praefinitum esse, secundum quod vna stare et tanquam partes totius finem eius adsequi possint, tum ad propriam

priam caeterarumque specierum conseruationem, tum ad totius vniuersi ornatum maximum. Atque hanc ratione proxima iuris origo recte, ut arbitror, declaratur. Sin autem quis terram malit rudem et incultam intelligere, manifestum est id, quod dixi, ius scilicet eo iam tempore existisse, quo nihil fuit, nisi coelum et terra iners. Coelum enim ambit terram, circa illam mouetur, eamque vegetat et grauidam reddit. Terra patiendi vim habens virtutes coelestes recipit, suisque se continet finibus: quae omnia iuris sunt officia. Vnum habet rationem partis, alterum totius: vnum circuli, alterum centri. Nec id mirum videri potest; nihil enim existere potest sine iure, non magis quam corpus sine materia et forma. Sine iure nihil potest dici bonum; at bona statim fuerunt omnia.

Apposite hanc in rem HIEROCLES in aurea *Sententia Hierocles*  
*carmina Pythagorac:* τάξις δὲ ἔννομος, ἡ κάπο τοῦ πα- *verbis eius*  
*τρὸς τῶν ὄλων, καὶ δημιουργῶν τοῖς αἴθανάτοις Θεοῖς ἐπεισελ-* exponitur.  
*Φοῦσα, καὶ ποιῶσσα ἐν αὐτοῖς τοὺς μὲν πρώτους, τοὺς δὲ δευτέ-  
*ρους. Εἰ γὰρ καὶ, ὡς ἐν παντὶ λογικῷ διακόσμῳ, τὴν αἱρότατα  
*ἄλαχον, ὅμως ἐν ἑαυτοῖς ποικίλλονται, καὶ εἰσὶν ἄλλοι αἱλῶν***

Θεούτεροι. Μάνυμε δὲ τῆς κατ' ὄντας ἀντῶν ὑπεροχῆς τέ, τῷ γ.  
ὑπερβάσεως. Η τῶν, ὄντανίων σφαιρῶν τάξις, κατ' ὄντας. καὶ  
δύναμιν τὴν θεούν διαλλαχοῦσα, ὡς ἐν τῇ ὕστερᾳ ἀντῶν κεῖσθαι  
τὸν νόμον, καὶ τὴν τάξιν ὁμοΦύη ἔναι αὐτῶν τῇ ἔνταξι.   
*Ordo autem legi consentiens, illc ipse, qui a parente omnium et opifice diis immortalibus attributus est, et quo inter eos alii quidem primi, alii autem secundi sunt. Quamvis enim, ut in uniuerso rationis participe ornatu, principatum sortiti sunt, in se ipsis tamen variantur, et sunt alii aliis diuiniores. Indicat vero quod est in corum natura superius atque inferius ordo ipse coelestium orbium, ita ab essentiae et virium ratione factum adoptans, ut in corum essentia lex ipsa iaceat, ordo cum praestanti corum distinctione natus sit.*

*Sententia  
Ciceronis  
de Legi  
aeterna.*

Legein aeternam et coelestem M. T. Ciceronem lib. 3. d. republ. pene diuina voce de pingere ait LACTANTIVS Inst. divin. lib. 6. cap. 8. cuius verba subieci: „Est quidem vera Lex, „recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna: quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterret: quae tamen neque probos frustra iubet, „aut vetat: nec improbos iubendo aut vetando mo-

do mouet. Huic legi nec promulgari (for-,,  
te subrogari) fas est, neque derogari ex hac „  
aliquid licet: neque tota abrogari potest.,,  
Nec vero aut per senatum, aut per populum „  
soli hac lege possumus. Neque est quaeren- „  
dus explanator, aut interpres eius alius. Nec „  
erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc „  
alia posthac, sed et omnes gentes et omni „  
tempore vna lex et sempiterna et immuta- „  
bilis continebit, vnuisque erit communis quasi „  
magister et imperator omnium Deus: ille „  
legis huius inuentor, disceptator, lator; cui „  
qui non parebit, ipse se fugiet, et naturam „  
hominis adsperrabitur: atque hoc ipso licet „  
maximas poenas, etiamsi caetera supplicia „  
quae putantur, effugerit. “

Neque haec solum, credo, efficient, ne  
quis absurdum existimet, veteres Sapientes  
Themidis natales adeo antiquos finxisse,  
sed etiam illud, si consideremus, vniuersi iu-  
ris, cui operam damus, origines iuxta dis-  
ciplinam Graecorum alias in propinquoposi-  
tas esse, alias vero remotiores. In illis adqui-  
escere

*Origo iuris  
varia vi-  
deri potest.*

escere possumus et plerumque solemus, quando de vera iusti et aequi scientia non admodum suinus solliciti. At si ipsa diuini & humani iuris penetralia adire velimus, indicare illi voluerunt, nisi fallor, eundum nobis esse, quo progredi possumus, et si progrediamur, in eum tandem, quo hic versamur, deueniemus locum. Licet enim, cum solum coelum et terram existisse animo concipimus, nihil eo tempore iuris, quod quidem homines attinet, proditum appareat: non inutile tamen videtur, si omnibus, quae ad ius ullo modo faciunt, excusis, ab uno, quod aiunt, philosophari inceperimus.

*Obscurissima quaeque ad ius pertinenter enoluenda.* In illis porro iuris partibus, quae maximis tenebris inuolutae latent, minima quaevis eruenda, ac altissimas quasque radices euellen-das esse patet; et licet ne sic quidem perse-  
ctam eius scientiam nos adquisuisse possimus gloriari, necesse tamen est, ut omnes vias, o-  
mniaque subsidia habeamus cognita. Hoc er-  
enim pacto in Mathematicis multa, antea in-  
cognita, inuenta et detecta esse constat. Ali-  
quam igitur rationem inuenimus, ob quam  
Graeci

Gracci Themidis nativitatem connubio Coeli et Terrae adscripsérunt. Nam, vt paucis repetam, quod dixi, natales et incunabula Themidis eo in loco et tempore quaerenda sunt, quando vnum aliquod iuris principium existere coepit: ne ius ante Themidem existisse dicendum sit.

Inquirendum nunc est, cur Veteres ordinum iuris magis ad Coelum et Terram, quam Amorem referre maluerint; cum tamen id, quod pulchritudine, ornatu atque ordine constat, magis Amori tribuendum videatur, quam Coelo et Terrae. Si quid video, Veteres nobis quasi visibiles iuris natales proponere, atque in vniuersa mundi machina collocare voluerunt, cum ibi officium suum ius praestare deberet. Itaque originem eius altius repetuisse non fuit opus. Extra controuersiam enim positum, credo, habuerunt, a prima et vniuersali omnium rerum causa ius originem traxisse, quod vt hodie tanquam rem nouam et antea incognitam inculcemos, nulla est necessitas, quia per se patet. Quod si ergo ius ad

D Amo-

*Cur Veteres  
iuris origi-  
ginem A-  
mori non  
adscripse-  
rint?*

**A**morem seu d e v m ipsum (quod Religio Christiana jubet,) referamus, et inde id deducere velimus, recurrentum est ad mentis diuinae ideas aeternas, inuisibiles, nobisque incognitas, ex quibus, quantum scio, nihil probari potest, nisi visibilia earum indicia et vestigia alicubi deprehendantur. Haec vero vestigia exsistere coeperunt, cum in principio crearet d e v s coelum et terram; atque ex horum mutua virtute vterius propagata et manifesta facta sunt, vti hodie illa oculis cernimus. Caeterum, quidquid virtutis in Themidem conferre Coelum et Terra, tanquam parentes, potuerunt, id certe non aliunde habuerunt quam ex Archetypo et aeternis rerum ideis virtute diuina ipsis impressum: quod deinde, ex hypothesi Poëtarum, communicarunt cum illis creaturis, in quas vt vires suas transfundenter, ab Amore, seu Archetypo et primo Iuris fonte ipsis concessum est; non secus, ac quaevis animalia speciem omnesque suas facultates ad foetus suos transmittunt.

Id

Id vero mirum plane videtur, quod ter- *Terra ad  
ram corpoream licet et pondere grauem ad  
generationem iuris quid contulisse fingere vo-  
luerint fabularum Architecti.* Ac quamuis a-  
lias sine causa saepe nos torquere soleamus  
in omnibus et singulis circumstantiis expli-  
candis, vbi ad scopum eius, qui ficta oratio-  
ne mentem suam tegere voluit, collimasse eam-  
que indicasse sufficit: quanquam etiam fieri  
vix posse videatur, tam apte fabulam concin-  
nare, ut nihil alieni ab illis rebus contineat,  
quas significare volumus: in hac tamen, qua  
nunc versamur parte, pulchrae et utilis obser-  
uationis materiam reperiri credimus.

Quare cum haec sit Naturae lex, ut libe- *Ius duplice  
natura  
praeditum.*  
ri parentum imaginem referant, eiusdem na-  
turae cum illis participes fiant, atque in vir-  
tutes eorum et vitia succedant, quid im-  
pedit, quo minus dicamus, Veteres ea re hoc  
significare voluisse, Themidem, seu Ius, tam  
patris quam matris sui naturam accepisse, ac  
duplici quasi forma, corporea et incorporea,  
praeditam, tam menti, quam corporis ocu-

lis conspicuam se praebere. Incorpoream naturam a patre traxisse, corpoream matri acceptam referre. Promanare illam a diuina patris intelligentia, imo ipsam esse rationem (ut cum Cicerone loquar) summi Iouis, qui fons est omnis pulchritudinis, omnis boni, aqui, iusti et decori. Vim vero illam diuinam, cum in immensae virtutis actuitate consistat, ex inuisibilibus per varios gradus innumeras produxisse rerum materialium species, donec in materia omnis motus per se experite desineret, quae ipsa ut aliquid diuinae virtutis haberet, nec plane ab origine sua separaretur, spiritum, quo viueret et conseruaretur, sibi conuenientem acceperit.

*Creaturae  
sunt simulacra suae  
causae.*

Atque hae creaturae summae illius pulchritudinis sunt imagines et simulachra. Solent enim res principiatae ab origine et principio suo aliquid virtutis retinere. Omnia ergo hic ordinata, composita, pulchra, iusta et bona. Porro cum diuina virtus ex aeternis, quas habuit, rerum ideis varias produxerit creatorum species, non potest non inter illas conue-

conuenientia quaedam, harmonia et societas esse. Cuiuslibet enim rei creatae vis et facultas non repugnat facultatibus reliquarum. Sunt enim vel sibi subordinatae, vel aequales; quaelibet autem proprium habet actiuitatis centrum, propriam sphacram, in qua vivit et agit sine alterius impedimento.

Quare si singularum specierum naturam Inter illas est amicitia. et rationem, qua constant, et congruo loco collocatae sunt, tam generalem, quam particularem consideremus, societatem item cum aliis, ac simul relationem earum ad totum universum, tam visibile, quam inuisibile, contemplemur: facile coniiciemus, ubi ius omnne, diuinum et humanum, lateat absconditum, quod utriusque naturae corporeae et incorporeae vim continet, cum utrumque idem habeat fundamentum et principium. Quae enim corpore constant ex inuisibilibus originem ducunt; inuisibia vero subsistere faciunt illa, prout sunt et existere atque durare debent, ordinata, composita, pulchra. Ius ergo quod in visceribus coeli et terrae latere

et ab his ad omnes creaturas extensum et productum existimabant, Themidis nomine celebrarunt Veteres.

*iuris voca-* Illud autem vltro intelligitur, hoc nomi-  
*bulum,* *hoc loco* ne non venire vnius forte populi aut vnius rei  
*ius vniuers-* *sum com-* ius, sed vniuersum illud, quod sub iuris voca-  
*prebende-* *re,* *rum* bulo comprehendendi potest, quo coelum et ter-  
*ra, omnesque,* quae in iis sunt et viuunt crea-  
*turac, reguntur;* cui consequens est, omnium  
*etiam et singulorum hominum iura* hac ap-  
*pellatione contineri. Nam si semen illud pri-  
*mum et vniuersale species,* non differunt ho-  
*minum caeterarumque rerum iura;* quemad-  
*modum et alias omnes species,* diuersissimae  
*licet formae et materiae,* sub vno genere com-  
*prehendi non miramur.**

*etiam id,* *quo mate-* Quid igitur Tellus ad ortum iuris contu-  
*ria coninc-* lerit, obscurum esse nequit. Neque enim nul-  
*lae eius in producendo iure partes esse potu-*  
*erunt, ob plures rationes, quas clarius propo-*  
*nere annitar. Nam tellus, siue natura corpo-*  
*rea, seu materia, non minus iure regitur et*  
*regi debet, quam ipsum coelum. Ius autem,*  
*quod*

quod ei imperat, naturae eius conuenire, atque ad eam conseruandam tendere oportet: ac proinde ex ipsis quasi terrae penetralibus enatum fingi debuit, non minus, quam ex intelligibili quodam principio. Porro omnis ordo, pulchritudo et bonitas creatorum omnium, quae corpore constant, consistit in iure, et per illud in res creatas inducitur, seu frustus et effectus iuris est. Maxima autem pars istius iuris rationibus corporeis continetur; atque has fixerunt contulisse Tellurem, seu materiam, qua mediante in singulas species et genera creatorum diffunderetur. Quin nisi aliquid corporei suo modo ius haberet, non potuisse illud naturae corporeae accommodari.

Num hac mente et contemplatione *Veteres* Themidem θίαρ σωματικήν, et σωματούδην, *Pighius* pre-sentia appellarent, nec affirmare, nec negare ausim. STEPHANVS PIGHIUS *d. lib. pag. 64.* Morillonum loquentem faciens, hoc mysterio non carere ait, quia Plato σῶμα velit de-riuari a σῆμα, quod non modo corpus sit se-pulchrum animae, sed et signum monumen-tum,

„tumue, per quod *σημανεῖ*, id est, significat,  
 „quaecunque significare potest. Somaticam  
 „ergo deam vocari Themidem, quia velut si-  
 „gnum et *νύτια* voluntatis diuinæ sit, rerum-  
 „que agendarum terminus a Deo constitutus:  
 „vel, quod seruet animam et corpus lex diui-  
 „na, nam Orphicos et Pythagoricos *σῶμα* id-  
 „eo corpus vocare, quod anima in eo *σωζεται*,  
 „seruetur et custodiatur, teste Platone in Cra-  
 „tylo. Quin imo eam corporalem deam id-  
 „eo dici posse, quod procreationem rerum  
 „promoueat, quae legem a Deo constitutam  
 „excedere non possit. Monstra interdum et  
 „portenta nasci, quibus ira diuina significe-  
 „tur ob legem coelestem spretam et violatam.  
 „Non abs re igitur Somaticam deam illos vo-  
 „casse Themidem, quando ad eius proporci-  
 „onem iustum elementa rerum congregantur,  
 „coaceruanturque ad corporum generatio-  
 „nem. *Σωματοθεα* enim idem esse quod con-  
 „crescere.,, Haec ille: cuius verba eo luben-  
 tius retuli, quod lucem ex iis foenerantur,  
 quae antea disputauit.

Cunt

Cum autem eundem Pighium d. l. pag. 66, *Duae Themides.*  
 et 70. hac occasione duas Themidis virtutes et  
 tanquam binas leges a deo latas agnoscere  
 videam, quarum una sit corpori praescripta,  
 quam σωματικὴν Θέαν appellant, quaeque ele-  
 menta ex quibus corpora inferiora compo-  
 nuntur, recte disponat et aequa dirigat: alte-  
 ra menti data, quam νοητικὴν dixerint, quae a-  
 nimos ad pietatisaequi bonique cognitionem  
 ac regulam formet, actusque hominum ad  
 hunc scopum dirigat: duas item Themides  
 multos antiquorum statuisse affirmet, inpri-  
 mis Romanos, quas Carmentas vocarint, mi-  
 nus dubitandum puto, quin Veteres profun-  
 diora, ac forte quis opinetur, spectauerint,  
 quando Somaticam Deam vocarunt Themidi-  
 dem, quod affirmare non audebam nondum  
 inspectis Pighii verbis. Quare ut eo melius de  
 Veterum sententia constet, ex eodem auto-  
 re decerpam, quae ad duas illas Themides,  
 seu Carmentas pertinent. Num ea conueni-  
 ant cum iis, quae antea quasi diuinando dixi,  
 alii iudicent.

E

Sic

*Sacra Themidinis duplicita cura instituta fuerint.*

Sic autem ille: „Bina Themidum, quae  
Carmentae vocentur, sacra Carmentalia a  
„Numa Rege mense Ianuario instituta fuisse,  
„vnum Pontificum ad animorum curam per-  
tinens, alterum matronarum ad corporum  
„sanitatem, generationisque felicitatem expe-  
tendam: eandem Themidem esse cum Car-  
„menta ex Dionysii Antiquitatum libro i. et  
„Plutarchi problemaibus et Ouidio in Fastis  
„abunde probari, utpote quia ea de re hanc re-  
„ferant fabulam: Arcadicam Nympham The-  
„mida (quam et Nicostratam Graeci appellant)  
„ex Mercurio Euandrum peperisse, intelligen-  
„tes, pulchram generosamque virtutem (*euav-*  
„*θείαν*) nasci naturae lege, motuque diuinæ  
„rationis, qui Mercurius sit. Deinde eam  
„cum filio Euandro ex Arcadia pulsam in Ita-  
„liam nauigasse 60. annis ante bellum Troia-  
„num, atque ibi Palantium oppidum, ubi nunc  
„Roma, in colle Palantino postea dicto ex-  
„struxisse, ibidemque mansisse et Aborigines,  
„radem in cultamque Italiae gentem, deorum  
„cultum, leges, mores bonos atque literas do-  
cuisse

cuisse, rationisque gubernaculis subiecisse.„  
 Vnde illam propter diuinam sapientiam, va-“  
 ticingandique peritiam latino nomine pro;“  
 Themide, vel Nicostrata appellarint Car-;“  
 mentam, a mentis raptu vel priuatione.„  
 Hinc metra, quibus oracula legesque edebat „  
 diuino afflata numine nominasse carmina, et „  
 Dionysium graece Carmentam θεμιδὴν ab „  
 oraculorum cantu dictam existimare.„

Licet autem quis existimet, opus non esse *An male  
 duas fingere Themides, cum vnum sit lumen, dnas The-  
 vnum semen diuini et humani iuris, etiam illi-  
 gantur?*  
 us, quod caeteras creaturas regit et conseruat,  
 ipso Pighio *d. l. p. 73.* id probante, vnumque  
 principium, ex quo omnia propullulant, vna  
 item ratio recta, quam Cicero perpetuani di-  
 cit, atque a numine deorum tractam, cum  
 mundo natam, vniuersitati singulisque rebus  
 conuenientem: tamen, quia ipsa rerum natu-  
 ra perpetuam obseruat differentiam inter vi-  
 sibilia et inuisibilia, inter corpus et spiritum;  
 non absurdum est, si ab origine iuris ad ea, quae  
 iuri subiecta ab eo reguntur, progrediamur,  
 E 2                   cuiusque

eiisque formam seu rationes visibiles intueamur, duas illas Themides in hac fabula nobis propositas retineamus. Habet enim haec distinctio usum alibi indicatum; liberum praeterea cuique est, varias rerum divisiones instituere secundum variam earum considerationem; imo, ut id faciamus (pro humani ingenii modulo) omnino necesse est, si rerum naturalium causas, operationes, originem ac vincula, quibus vniuersa continentur, recte cognoscere, si caecitatem imbecillitatemque ingenii humani, et quam angustis istud finibus sit circumscriptum, penitus nosse, et quam infinita sit, immensa et inscrutabilis sapientia ac potentia diuina praeclare intelligere, denique si. uberrimis, dulcissimis, nec unquam perituris fructibus ex harum rerum consideratione oriundis beari volumus et desideramus.

*Carmenta  
endem cum  
Themide.*

Carmentam vero quod attinet, hanc eandem esse cum Themide probauit Pighius in Commentario Fastorum d.l. et constat ex PLUTARCHO Quaest. Roman. p. m. 278. τὴν δὲ Καρμένην  
οἱ μὲν

οὐ μὲν Εὐάνδρου μητέρα λέγοισιν εἴσταν ἐλθεῖν εἰς Ιταλίαν ὅντα  
μαζομένην Θέμιν, ὡς δὲ ἔνιοι, Νικοστράτην. ἀμμέτροις δὲ χρη-  
σμοῖς ἄδουσαν, ὑπὸ τῶν λατίνων Καρμένταν ὄνομάζεσθαι. Ταῦ-  
τα ἦπη, κάρμινα καλοῦσιν. -- ἔστι δὲ τὸν ὄνοματος τὸ ἔτυμον,  
ἔστερημένη γὰρ διὰ τὰς θεοφορήσεις. ὅθεν ὁν τὰ κάρμινα τῇ  
Καρμέντῃ τούνομα παρέσχεν, ἄλλα μᾶλλον ἀπ' ἐκείνης ἐκλήθη,  
διὰ τὰ τοῖς χρησμοῖς ἐν ἐπεσι καὶ μέτροις ἐκθορσιῶσαν ἀδειν;

*Ea Carmenta Euandri mater fuit, nomine suo Ther-  
mis, aut, ut alii volunt, Nicostrata. Quae cum  
in Italiam venisset, oraculaque versibus illigata ca-  
neret, a Latinis Carmenta dicta est, voce a carmi-  
ne deductā. -- ratio autem nominis haec est, ca-  
reniente, ob instinctus videlicet diuinos, quibus  
ad fatiloqua fundenda carmina impellebatur. Et  
STRABONE Geogr. lib. 5. pag. 222. Τὴν μητέρα δὲ τοῦ  
Ευάνδρου τιμῶσι Ρομαῖοι, μίαν τῶν Νυμφῶν ἔναις νομίσαντες  
Καρμέντην μέλονομασθεῖσαν: Romani Euandi matrem  
Nymphaeūtūnā existimantes, praecipuis venc-  
rantur honoribus, transmutato pro Nicostrata nomi-  
ne, eam Carmentin appellarunt. A VIRGILIO Ac-  
cedit. lib. 8. vocatur Carmentis Nymphā, eamque a  
fuis ita appellatam ait SERVIVS in notis ad illum  
locum, quod diuinatione fata caneret, quia  
antiquae vates Carmentes dicebantur, et li-  
brarii, qui dicta eorum prescriberent, Car-  
mentarii:*

mentarii : alios comites eius Porriam et Postuortam tradere, quia vatibus praeterita et futura sint nota. Hinc porta *Carmentalis Romana* apud eundem Poetam, et *Carmentalia sacra*, de quibus praeter PLUTARCHVM in *Romulo* et *Quaestionibus Romanis* videri potest OVIDIUS *Fastor*, lib. 1. vs. 617.

*Carmenta-  
lia sacra.*

Fiebant illa singulis annis a matribus familias 18. Calend. Februarii, in quibus scor- teum et morticinium quid inferre fas non erat. vid. ALEX. AB ALEX. *Genial dicer. lib. 6. c. 8.* Tem- plum ei positum fuit in infima parte montis Ca- pitolini versus Tiberim, vbi habitaculum eius fuerat, teste SOLINO *Polyhist. cap. 1.* Aedi- ficasse illud dicuntur matresfamilias, cum vsu vehiculorum Senatus ipsis interdixisset. Con- spirarunt enim inter se, vt refert PLUTARCHVS. d. l. neque vterum gestare, neque parere vel- le, donec vsus vehiculorum ipsis concedere- tur. Hoc redditio, cum foecundae parerent, et copia liberorum abundantarent, Carmentae templum posuerunt. Alia fuit Carme Eubuli filia, de qua PAVSANIAS lib. 2. c. 30. Alia quo- que

que fuit Carme Phoenicis filia, Numinis instar culta Argis, de qua vid. ANTON. LIBERAL.  
*Metam. c. 40.* Elegans in primis est fabula, qua Themis ex Mercurio Euandrum suscepisse finitetur; id est, bonum virum. Apte quoque ad rem fingitur Themidem cum Euandro filio Arcadia relictā in Italiam venisse, ibique oppidum extruxisse Palantium in monte Palantino, qua de re videatur VIRGILIUS *d. lib. 8.* ibique Seruius, varias opiniones de origine nominis Palatini referens.

*Euander filius Themis dia*

Obseruare hic licet Diuini Numinis benignitatem, quae ut singulos homines eximiis et excellentibus plane donis atque virtutibus ad finem, quem intendit obtinendum, prae aliis saepe ornat, ita integris quoque populis similia confert munera, ut ab illis exculta in aliarum etiam nationum commodum et utilitatem redundant. Sic enim Deus veram sui et salutarem cognitionem dedit Iudeis, eosque maximorum mysteriorum custodes constituit: Gracis Philosophiam contulit, eloquentiam et alia; Romanis Themidem, seu

Iuris.

Iurisprudentiam largitus est, in qua prae aliis excellerent. Mirum enim, quam ingenia illorum ad ea, quae ius attinent, e latebris naturae eruenda apta nata fuerint, quantumque perspicaciae habuerint in abditissimis rerum causis, proprietatibus et relationibus inuestigandis, ut ne vnuis quidem sit populus, apud quem vel vestigia non simulatae illius artis reperias, quae apud Romanos tota existat.

*Pighii sententia de duabus Carmentis.*

Haec ad Pighii verba, supra allata, menerit libuit. Addam his etiam reliqua, quae idem auctor habet, cum ad scopum nostrum plurimum faciant.

„Poetas, ait, pro duplice „Numinis, id est Themidis, potestate duas „Carmentas finxisse, idque Augustinum de „Civit. Dei lib. 4. ex Varrone notare; has de- „as Ioui adesse, quae fata nascentibus canant: „per fata naturae leges nascentibus rebus a „DEO datas, non vero primas causarum ne- „cessitates, (quibus et hominum actiones re- „gantur) intelligendas: eodem modo oracula, quae sint leges diuinæ, fata vocari, quod a

Deo

Deo suntur, et in historia iudicij Paridis Iouem medium inter hasce deas sedentem conspici, eoque signari diuinitatis has esse apertissimos comites, illique adhaerere et sine eo non esse.

Carmen et Themidem unam ac eandem esse ostendimus. Sequitur, ut et hoc moneamus, Themidem atque Nomos aquali potestate ius denotare, quod ex hymnis in utrumque ab Orpheo scriptis apparet. Num autem inter se differant, et quantum inter eos intercedat discrimen, id quidem dubium. Veteribus certe non infrequens est, utriusque sexus deos comminisci eadem potestate praeditos. Ita enim, quod nunc quidem in mente venit, finixerunt Lunum et Lunam. Voluerintne illi hoc ipso qualitatem actiuan et passiuam, ac mutuum inter illas qualitates respectum significare, an aliud quid, non sat satis liquet. Opinabar aliquando Themidem generaliter pertinere ad omnia creatar, Nomi vero imperium ad certas quasdam res et forte homines tantum restrictum esse: sed dubito.

F. an id

an id defendi possit. Orpheus quippe Nomon immortalium et mortalium regem vocat, cumque coelo, astris, terrae, mari, hominibus, omnibusque animantibus praesesse afferit. Verba eius haec sunt:

Αθανάτων καλέω καὶ θυητῶν αἰγὺν ἄνακτα,  
Οὐρανίου Νόμου, ἀστροθέτην σφραγῖδα δικαιαν  
Πόντου τὸν εἰναλίου καὶ γῆς Φύσεως τὸν βέβαιον.

Ἄκλινή, ἀστεριστον, ἀεὶ τηροῦντα νόμοισιν,  
Οἵσιν ἀνάθε φέρων μέγαν ὡρανὸν αὐτὸς ὁδεύει.  
Καὶ φθόνον ὃν δίκαιον ροΐζου τρόπον αὐτὸς ἐλαύνει.  
Ος καὶ θυητοῖσιν βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ἔγειρε.

Αὐτὸς γὰρ μᾶνος ζώων ὅικα κρατύνει.

Γνώμαις ὁρθοτάταισι συνὰν, ἀδιάστροφος ἀεί.  
Ωγύγος, πολύπειρος, ἀβλάπτως πᾶσι συγοικῶν  
Τοῖς νομίμοις, ἀγόμοις δὲ φέρων κακότητα βαρεῖαν.  
Ἀλλὰ μάκαρ πάντιμε, Φερόλβιε, πᾶσι ποθειὲ,  
Εὔμενες ἣτορ ἔχων μνήμην σέο πέμπε φέριστε.

*Immortalium vero et mortalium saevum regem,*  
*Coelestem legem, astrorum postorem, signaculum*  
*iustum,*

*Pontique marini, & terrae naturae firmum.*  
*Infexibilem, seditione carentem, semper seruatam*  
*legibus,*

*Quibus supra ferens magnum coelum ipsa it,*  
*Et inuidiam non iustam stridoris modo ipsa insequitur:*  
*Quae et mortalibus vitae finem bonum excitat.*  
*Ipsa enim sola viuentium gubernaculum firmat,*

Senten-

Sententia reditissimis conuersans inconueribilis semper:  
*Antiqua, peritissima, sine laesione, omnibus cohabitans*  
*Legitimus, illegitus vero ferens malitiam grauem.*  
*Sed beata, ubique honorata, diuitias ferens, omnibus desideranda.*

*Benevolum animum habens, memoriam cui mitte optimam.*

Id vero praecipuum Themidi tribuit Orpheus, quod artem vaticinandi prima hominibus monstrauerit, et Delphico oraculo praesit, imo, ipsum etiam Apollinem regem oracula fundere edocuerit: item quod homines sacris et deos colendi ritu ac mysteriis imbuerit, de quibus in hymno in Nomum nihil legitur. Hymnus ORPHEI in Themidem ita se habet:

Οὐρανόπαιδ' αγγὴν καλέω Θέμιν ἐντατέρειαν,  
 Γαῖης τὸ βλάστημα νέον, καλυκώπιδα κούρην,  
 Η πρώτη κατέδεξε βρότοις μάντηιον αἰγὸν  
 Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι, Θεμιστεύουσα θεοῖσι,  
 Πυθῶν ἐν δαπέδῳ, ὅθι Πυθῶν ἐρβασίλευεν.  
 Η καὶ φοῖβον ἄνακτα Θεμιστοσύνας ἐδίδαξε.  
 Πάντιμον, ἀγλαόμορφε, τεβάσμιε, νυκτιπόλεύτε.  
 Πρώτη γὰρ τελετὰς αἴγιας θυγητοῖς αἰνέφηνας,  
 Βακχιακὰς ἀνὰ νύκτας ἐπενάζουσα ἄνακτα.  
 Εκ σέο γὰρ τιμὰς μακάρων μισθήρια θ' αἴγα.  
 Coeli filiam castram voco Themis, bonis parentibus  
 natam,

Terrae germens nouum, roseam faciem habentem pu-  
 ellam,  
 Quae primo offendit hominibus vaticinium purum,  
 Delphico in penetrata vaticinata dix,  
 Pythico in solo ubi Pythio regnauit:  
 Quae et Phoebam regem vaticinia docuit.  
 Omnis honorata, praeclara, forma colenda, nocti-  
 sago.  
 Prima enim ceremonias sanctas mortalibus decla-  
 rasti,  
 Bacchitas per noctes lugens regem.  
 Regem enim hontes beatorum; mysteriaque pura.  
 Probabile tamen uno certum videtur, va-  
 dum differunt atque tandem potestatem per utrosque  
 rationes in-  
 ter Themis significari, dupli tamen nomine ex arbitrio  
 et Nomus.  
 et more Veterum insignitam propter diversos  
 forte iuris effectus vel diuersa obiecta, quae  
 considerarunt. Licet enim, si generalem v-  
 niuersi gubernationem spectemus, unam The-  
 midis potestatem fateri necesse sit: attamen  
 si animi humani cultum consideremus, et  
 quemadmodum is ad boni et recti normam  
 conformatur, non una, sed duplex Themis  
 existimari potest. Accedit, quod Nomus ma-  
 gis earum legum, quibus corpora continen-  
 tur, et naturae praeses videri, Themis vero

omnium  
Google

omnium in vniuersum, in primis quibus mentes humanae reguntur, princeps haberi possit. Nam et IAMBICHVS *de Mysteriis Aegyptiorum* Sect. 5. c. 14. et 17. deos aliquos statuit materiales, id est, qui materiam regunt. Nomus quoque, ut et hoc addam, considerari posset ut lex posita et lata rebus, Themis vero ut dea et praeses iuris. Nam Orpheus Nomum non dicit deum, sed *avakta regem*, cumque rectis consiliis interesse, rectoque iudicio omnia regere, quibus praeest.

Sed nihil definio, nisi existimem, *Themis* ob vaticinandi facultatem, caeteraque, de quibus in sequentibus acturi sumus, *Nomo* augustiorem esse nobilioremque. Nam et alias certum est, priscam Gentilium Theologiam idolorum sexum non semper distinguere. Illorum enim *Mystis* sagacioribus alte persuasum fuit, Lunam, Venerem, aliosque deorum suorum grege utramque naturam contineare. Quare ut sacra omnia deo, quem *αὐδεόνοντας* existimabant, eo magis conuenirent, Sacerdotes omnes alterius sexus apparatus

induere voluerunt, quo vtrumque sexum continere et dei sui naturam proxime referre viderentur. vid. SPENCERVS de Legib. Hebr. lib. 2. c. 16. Sect. 2. Pari modo SELDENVS de Diis Syris monet Strabonem lib. 12. non infrequenter meminisse τὸν Μῆνος, dei in Asia minore, eumque et Σελήνην deam esse, et Caluum apud MACROB. Saturnal. lib. 3. c. 8. Venerem pollentem deam, Aristophanem vero eandem Aphroditum appellare,

*Quod porro probatur.* Addendus his ORPHEVS, qui in Hymno Mineruae vs. 10. eam marem et foeminam dicit:

Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφις, πολεμάτοκε μῆτι.

*Masculus quidem et foemina es bellorum susceptrix prudentia.*

Idem tradit MERCVRIVS TRISMEGISTVS in Poemandro lib. 2. p. m. 6. de mente aeterna: οδενῶς ί εἰς, αἴρονθῆλυς ὁν, ζωὴ καὶ φῦς ὑπάρχων, ἀπεκύνεται λόγῳ ἔτερον νῦν δημουργὸν. *Mens vero Deus, masfomina existens, vita et lux cum sit, parturiit verbo aliam mentem opificem.* Prolixe hanc rem persequitur, multisque aliis testimoniosis, praeter ea, quae modo attulimus, confirmat G. I.

VOSSIUS

voSSIUS de Physiol. Christian. lib. 7. cap. 6. ad quem Lectorem remitto, vbi etiam Synesium Episcopum Ptolemaidis de vero deo Israe lis Hymno 2. vt et de Natura intellectuali hymno 3. idem affirmare ostendit.

Neque etiam Nomus concilio deorum <sup>Themidio</sup> interesset, nec consilia illis suppeditare, nec coelum habitare dicitur, qua de re constare poterit, si vel sola epitheta, <sup>Epitheta.</sup> quae utriusque tam Nomo, quam Themidi tribui solent, consideremus. Themidem sanc <sup>HOMERVS</sup> Iliad. O. vs. 87. vocat καλυπταν, pulchras genas habentem, et in Hymn. in Apoll. vs. 94. ιχναιν, uestigiatricem. HESIODVS Theogon. vs. 901. eandem λιπαρην splendidam nominat. APOLLONIUS RHODIUS Argonaut. lib. 4. vs. 800. πρεσβείραν, venetrandam appellat, idque vel propter aetatem, quia est οὐρανόπαιos Cocco genita et παλαιγενής vetusta Aeschylo, vel propter meritum et ordinem, quia est πρεσβείρα θεῶν, iudicio Hoechezlini in notis ad illum locum. PINDARO Istbm. 8. v. 68. dicitur ἐνθουλος, consilio vatens, Olymp. 8. vs. 28. Σάτυρα Διὸς ξεινού πάρεδος, Sospita Ioui hospitali assdens,

dens, et Pyth. II. vs. 15. ἡρὰ sancta. OVIDIUS lib. I.  
Metam. eam fatidicam, et CLAVDIANVS lib. I.  
de Rapt. Proserp. longacuam praedicat.

*Cur ideo-* Elogia, quibus Themidem ornat or-  
*σκόπος*  
*vocatur ab* PHEVS, videri possunt in Hymno eius ante alla-  
*Orpheo.* go, ubi eam ut castam, omni honore dignam,  
splendida forma praeeditam, venerandam etc. lau-  
dat, et in Precibus ad Musacum vs. 23. *ἱεροσκόπον*  
*ἀρδεῶν*, *sacram obseruatricem hominum*, vertente ita  
Pythio d. l. quippe quae hominum cogitatio-  
nes et acta inspicere et aruspicias in morem di-  
uini Numinis voluntatem ipsis patefacere so-  
leat. IOSEPHVS SCALIGER vertit *Iuritis Cortumi-*  
*onem*, quo ipso quid diuinandum nobis pro-  
ponere voluerit, nescio. Mihi haec sedet sen-  
tentia *ἱεροσκόπον* denotare *Sacerdotem*, quae si-  
gnificatio optime Themidi conuenit. Nam  
ipsa quidem vox alibi, quantum quidem scio,  
non occurrit, HESYCHIVS vero *ἱεροσκοπῖ* exponit  
*ἱερᾶται*, hoc vero est *Sacerdotio fungi*, *Sacerdo-*  
*tem agere*. Simile quidpiam est *θεμίσκοπος*, quo  
nomine a PINDARO Nem. 2. vs. 69. insignitur  
Neoptolemus sub limine fani Delphici sepultus.

Vt

Vt enim fabula fert, quendam ex Aeacidis  
Regibus cum Apolline ibi habitare oportuit,  
qui vna cum Themide (quod addit Scholia-  
stes Pindari) esset θεμίσκοπος hostiarum, quae  
in solenni festo, ad quod Apollo solos Heroas  
conuocabat, offerebantur. Scholiastes Grae-  
cicus θεμίσκοπον explicat per ἐφορον, et Neoptole-  
mum ait ἐπισκοπεῖν τὰς τελουμένας θυσίας τοῖς ἥρωσι.  
Subiiciam verba utriusque. PINDARYS d. l.

Ἐχρῆν δὲ τιν' ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ  
Λιακιδῶν κρέοντων τὸ λοιπὸν ἔμψεναι  
Θεῖον παρ' ἐυτειχέα δόμον,  
Ηρώαις δὲ πομπαῖς  
Θεμίσκοπον ὄικεῖν ἔοντα πολυθύτοις.

At oportebat quendam intra lucum vetustissimum.  
Aeacidarum Regum in posterum esse  
Dei iuxta bene munitam domum.  
Heroicisque pompa  
Inspector qui esset habitare, refertis hostiis.

Ad haec SCHOLIASTES: Γίγεται ἐν Δελφοῖς ἥρωσι Σένια.  
ἐγ δις δεκεῖ οἱ Θεῖς ἐπὶ Σένια καλεῖν τοὺς ἥρωας. ἔγινε οὖν μίσοι-  
μον, ἐν ταῖς πομπαῖς ταῖς ἥρωαις, καὶ ταῖς πανηγύρεσιν ἐν αἷς ἐκή-  
ρυστον τοὺς ἥρωας. Θυσίαις ταῖς πολυθύτοις ἐπισκοπεῖν μετὰ  
Θέμιδος. Καὶ τὰ νομίμως γινόμενα ἀντοῖς Σένισα ἐφορᾶντα.  
οἱ δὲ νοῦς. Ταῖς δὲ ἥρωικαῖς πομπαῖς καὶ πανηγύρεσι ταῖς πο-  
λυθύτοις, ὅικεν προσῆκον τὸν Νεοπτόλεμον. "Οὐτα δίκαιου  
ἐφορον.

*Cur iero-  
skópos  
āndrōn  
vocetur.*

*Cur autem iεροτκόπος ἀνδρῶν virorum, non  
ἄνθρωπον, bominum vocetur Themis, videndum.  
Ac constat ἀνδρῶν ibi positum pro ἀνδρῶν; hoc  
enim sensu vox illa passim accipitur, vt apud  
HOMERVM Odyss. m. vs. 264.*

- - - ὥτε καὶ ἄλλοις

*Ανδράσι τὲ κρατέουσι. καὶ αὐτανάτοισι θεοῖσι.*

- - - quique et aliis

*Hominibus dominantur, et immortalibus diis.*

*et DYONYSIVM in Periegesi v. 261.*

*Πηλῆος πτὸλιεθρον ἐπώνυμον ἀνδρες ἔχοισι  
Εξοχα ναυτιλίης δεδαγμένοι. οὐ μὲν ἐκεῖνοι  
Ανέρες εὐ λιβύεσσιν ἀριθμοι.*

*Pelei oppidum cognomine omnes tenent  
Egregie nautigationis periti: non tamen illi  
Homines inter Afros nominandi.*

Plura exempla in sequentibus occurant. Non possum autem quin *ὡς ἐν παρόδῳ* hic norem, quod STRABO lib. 7. in fine tradit, olim viros solum esse vaticinatos. Sic enim verba illa, *κατ’ ἀρχὰς μὲν ὅντες ἦσαν δι προφυτεύοντες, vertenda*, quamvis Interpretes, quibus utor, Guarinus et Trifernas alter eum locum acceperint, vertentes: *Ab ipso autem primordio mortales fuerunt præfigia præscinenteſ. Nec melius illi verteunt, quae sequuntur: et hoc forsitan poeta ipſe declarat*

declaras de iis, quos Hypophetas vocabant, quibus Prophetae imperabant. Nam postrema ita vertenda sunt, quibus annumerabantur etiam prophetae. Est enim in Graeco, εν οις τάπτοντο καὶ αἱ προφῆται. Sequitur: Postiore inde tempore tres designarunt aniculas, postquam et Ioni Dione (de qua vid. HESIOD. Theagon. vs. 353.) eiusdem templi comes dicata est, etc. verte, postea vero apparuerunt, vel existerunt tres aniculæ etc. et paulo post, concomitatae enim plurimæ sunt foeminae, quorum et stirpe prognatae sunt foeminae, quae haec tempestate prophetides diuinandi officium gerunt. Verto: Insecutæ sunt vero plurimæ foeminae etc.

Sed ut ad superiora reuertar, HOMERVS <sup>Varia de</sup> Hiad. 20. in principio Themidem refert iussu <sup>Themide</sup> <sup>affernatur.</sup> Iouis deos ad concionem vocare, et in hymno in louem, scorsum cum loue sedere et crebros cum eo miscere sermones. QVINTVS CALABER lib. 12. eandem narrat deorum pro Troianis et Archiuis pugnantium contentionem diremisse. De Nomo nihil legi, praeter ea, quae in Orphei hymno supra exhibito exstant. Præterea dicatum Themidi fuit templum in Boeotia

tia iuxta Cephisum amnem, ad cuius oraculum Deucalion cum coniuge Pyrrha accessit post diluvium pro consilio recuperandi generis humani, STIBLINVS in not, ad Euripid. Iphi. gen. act. 5. sorteisque accepit, ut ossa magna matris, id est, lapides, post tergum iacent: quae de re vid. OVID. Metam. lib. I. vs. 379. ARNOB. aduers. gentes lib. 5. Athenis quoque fanum Themidi sacrum existisse post templum Aesculapii, qua ad arcem iter est, eidemque in Elide aram positam fuisse in loco, quem Stomium nominant, testatur PAVSAN. Attic. c. 2. pr. et Hiac. cap. 14. qui et arae Themidum mentionem facit Corinth. cap. 31.

*Themis b.  
ne velta.* Non desunt et alia de Themide a Veteribus tradita. Suidas voce θείης et Βούχετα narrat Bucheta esse urbem Epiri, quam Philochorus sic dictam velit, quod Themis tempore diluvii Deucalionei boue vecta illuc venerit. Cur boue vecta fingatur indagandum esset, si modo tanti referret omnium fabularum, quae ab antiquis confictae sunt, rationem querere, eaque reddi posset. MICHAEL APOSTOLIVS Proverb.

*verb.* *Centur.* bouem mansuetum animal esse tradit, indeque bubulcos caprariis meliores et mansuetiores censeri. Boues a Veteribus in pretio habitos multis probat PAVSAN. *Messen.* *cap. fin.* qui et in *Boeotic.* *cap. 12.* eos Apollini olim immolatos fuisse refert, Cumnumque ex oraculi responso Delphis in Phocidem venientem ducem habuisse bouem foeminam, utroque latere candida nota in speciem lunae plenaे insignitam. Apollinem quoque iis delectatuni cecinit quondam Alcaeus hymno in *Mercarium*, eumque boues pauisse testatur EVRIPIDES in *Prolog.* *Alcest.* add. ORPHEI *Argonaut.* *vs. 138.* Hinc Achaeos Apollinis simulacrum ex aere nudum pedibus tantum calceatis fecisse, quorum altero bouis cranio insistit, eiusque figmenti de cranio bouis rationem ex verbis Neptuni Apollinem in Homeri *Iliade* alloquentis summisse refert PAVSAN. *Achaic.* *cap. 20.* Fabulam de bobusa Mercurio furtim abactis prolixè narrat HOME-RVS *Hymn. in eMercur.*

*Aegyptii  
bouem colu-  
erunt.*

Aegyptios bouem coluisse, et quidem Heliopolitas Mneuin, Memphis vero Apin, testis est STRABO lib. 7, et PLUTARCHVS de Isid. et Osir. Idem affirmit TIBULLVS lib. 1, Eleg. 7. vs. 27.

*Te canit, atque suum proles miratur Osiris  
Barbara, Memphitem plangere docta bouem.  
Ac boues quidem mares Osiridi, vaccas vero  
Isidi dicatas fuisse; a multis traditum, in quo-  
rum messem falcem immittere nolumus. Vi-  
deantur quae cruditi ad dictum Tibulli locum  
annotarunt. Osiridem aratra primum fecisse et  
ferro sollicitasse hunum refert idem Tibullus  
d. l. vs. 29. Bobus Veteres ad arandum usos, e-  
osque summo in honore habuisse, ut iis ne  
quidem vesci voluerint ex Arato constat:  
Quare cum Themidem agriculturac quoquo  
fauere et Apollinem bobus gauisum esse, cre-  
ditum fuerit, non absurde fingitur illa boue  
vecta Bucheta venisse.*

*Themis O-  
raculorum  
Præses, et  
vaticinia-  
rum.*

Quod autem ante dictum, Themidem mentes hominum agitare et oracula fundere,  
id non ex Orphei solum hymno ante exhibi-  
to con-

to constat, sed etiam AMMIANI MARCELLINI  
*histor. lib. 21.* manifestum est. Verba eius ad-  
 scribemus, ut de nobili hoc Themidis officio  
 constet pluribus, „Elementorum, ait, omni-  
 um spiritus, utpote perennium corporum,„  
 praesentienti motu semper et ubique vigens,„  
 ex his, quae per disciplinas varias affectamus,„  
 participat nobiscum munera diuinandi, et„  
 substantiales potestates, ritu diuerso placatae,„  
 velut ex perpetuis fontium venis, vaticina„  
 mortalitati suspeditant verba: quibus nu-„  
 men praeesse dicitur Themidis. Quam ex„  
 eo, quod fixa fatali lege decreta praescire fas,  
 sit in posterum (quae tethimema sermo Grae-  
 cus appellat) ita cognominatam in cubili so-  
 lioque Iouis vigoris viuifici Theologi veteres,  
 collocarunt. Huc faciunt etiam, quae EVSE-  
 BIVS *Præpar. Evangel. lib. 3. c. 11.* tradit: ἐπεὶ δὲ  
 τῆς καὶ πατρικῆς δύναμεως τις μέτοχας ἦν δύναμις, Θέρμη μὲν  
 κέκληται ἡ δύναμις, τῷ τὰ τεθειμένα καὶ εκάστω κείμενα λέγεται:  
 Et quoniam vis quaedam vaticinandi particeps er-  
 rat, Themis quidem vocatur illa vis, quia singu-  
 lis τὰ τεθειμένα et cuilibet posita atque constituta di-  
 cat. Hinc DIODORVS SICVLVS *Histor. lib. 5.* Apol-  
 lineum

linem oracula edentem θεμιστέυει dicit, quod Themis prima diuinationes, sacrificia et oracula induxit, ac leges pacemque ostenderit mortalibus. Et HARPOCRATION in verbo θεμιστέυει verbum illud dictum ait, ἀπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκί-  
ναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἡλίου, quod Themis olim oraculum tenuerit ante Solem, idque Aeschylum referre Eumenidum principio.

*Agitur  
in sequentiis:  
bus de fu-  
rore Poeta-  
rum et ali-  
orum.*

Non alienum ab hoc loco, quo in expone-  
nendis iis, quae ad Themidem pertinent, ver-  
bus de fu-  
rore Poeta-  
samur, fore puto, ut de re ipsa, seu agitati-  
rum et ali-  
one mentis et furore, quem non Poetis tan-  
tum, sed et aliis tribuunt Philosophi an-  
tiquissimi, nonnulla dicam. Neque id iniuc-  
cundum futurum arbitror, cum ad cognitio-  
nem nostri, (quae sine dubio verae sapientiae  
non infima pars est) quodammodo pertinere  
videatur, ut sciamus, quid Veteres hac in-  
fausti admodum ominis voce indigitare volu-  
erint. Igitur quae hac de re in mentem mihi  
venerunt, breuiter exponam, ad perfectam  
licet rei obscurae doctrinam stabilendam haud  
sufficientia,

Ac

Ac primum quidem dissimulare nequeo,<sup>Non soli  
Poetae  
mentis agi-  
tationem  
patiuntur.</sup>  
me, cum olim furoris, in primis Poetici, a  
Platone mentionem fieri viderem, istud si non  
inter deliria et fabulas Gentilium, saltem ut  
rem incredibilem, vel ad solos forte Poetas  
veteres (de quorum furore agit Plato in Ione)  
pertinentem, insuper habuisse. Sed vix est,  
ut negari possit, menti interdum humanae a-  
liquid eiusmodi accidere, quod non veri qui-  
dem furoris, quo homines infanos et mente  
destitutos agi videmus, nomen et appellatio-  
nem mereatur, sano tamen sensu, et si statum  
illum animi cum quotidiana et communis eius  
conditione comparemus, furori simile videri  
queat.

Etenim mentis nostrae vitam perpetuo <sup>Vita nostra  
perpetuo in  
motu con-  
ficit.</sup>  
quodam motu carere, neutquam mihi vide-  
tur, qui non nisi cum vulgo et Veteribus phi-  
losophari nunc possum. Nihil enim, meo iu-  
dicio, quod viuit omni plane motu destitui-  
tur. Menti vero humanae motus et agitatio  
eo minus deneganda, quod corporeae molis  
expers, agilis, celerrima, et si essentiam eius

H specte-

speciemus, vix cum alia re, quam natura quadam ignea et luce comparanda sit. Quando autem moueri dicimus animum, non eo, quo corpora mouentur, modo, sed alio et naturae suae conuenienti id fieri, facile intellegitur. Nam quando mente quid voluimus et reuoluimus, tam in ipsa mente, quam corpore eiusque organis mutationem quandam persentiscimus; qua cogitatione cessante, ad quietem quasi et tranquillitatem rediisse videatur animus: quod tamen aliis clarius explicandum relinquo.

*Motu ille  
varius est.*

Quicquid autem hac de re sit, motus ille, quo anima cietur, non eodem semper modo se habet. Alio enim indigemus ad vitam vegetabilem viuendam et corpus mouendum; alio opus est ad vitam rationalem, veritatisque inuestigationem; atque hic iterum vel ordinarius et communis, vel extraordinarius est et peculiaris. Itaque quando mens ultra regulas et leges vulgares omnibus hominibus inditas, ad studia veritatis eiusque contemplationem impellitur, trahitur, rapitur, ita ut magna

magna cum facilitate, rerumque utilium, nec ita vulgarium vbertate, cogitata sua vel re ipsa explicet, vel certe ad ea explicanda se aptam sentiat et idoneam, id, Veteres furorem, de quo loquimur, significasse existimo. Quia autem ratione ille excitetur et vnde originem trahat, non satis exploratum habeo. Furorem quidem Poetarum Deo adscribit PLATO in Ione p. m. 534, his verbis: κοῦφον γὰρ χρῆμα ποιητὴς ἔστι, καὶ πτηνὸν. καὶ οὐ πρότερον εἶστε ποιῶν τρίναν ἐνθέος τε γένηται καὶ ἐκφέων, καὶ οὐ νοῖς μηκέτι εὐ αὐλῶ ἐνη.

*Poeta enim res leuis et volatilis est, et sacra: neque potest prius versus condere, quam corruptus deo fuerit, et extra mentem suam positus, ac proinde ipsius mens in se ipso amplius minime fuerit.*

Monendum hic est, quicquid hac de re *varias esse dicturus sum, id non nisi verbis ad res corporeas pertinentibus me facturum, cum aliis animi nosferi facili- tates.* acque commodis haec res vix explicari queat: quod semel monitum volo, ne quis ini quis dicta accipiat. Non inepte autem, nisi fallor, dixerim, praeter facultates animi omnibus communes, alias adhuc singulares,

rariores easque excellentiores dari facultates, restrictas tamen et ad certum finem opusque pertinentes, paucis datas et concessas; praeterea, licet menti humanae, tanquam microcosmi parti diuiniori, insita sint rerum diuinorum et humanarum semina, quaedam tamen altius impressa difficulter sese exserere, quaedam vero non ita abdita, sed in superficie quasi positata, et leui humo contexta facilius progerminare laetiusque adhibita cura et cultura efflorescere; porro, vniuersusque animum certis et definitis limitibus, intra quos se continere debet, circumscriptum, certumque perfectionis gradum illi adsignatum esse, ad quem ei adscendentium, et quo adepto adquiescendum sit, ut talis euadat, qualis ex voluntate summi omnipotens rerum opificis esse debet.

*Hae suo tempore parturire incipiunt.*

Hae itaque facultates, haec semina, vbi ad maturitatem mens peruenit, parturire incipiunt, in lucemque proferre, quae in ipsis latent recondita. Pulcherrime id expressit Plato, quando animum toties, ni fallor, dixit, doloribus partus cruciari. Nam probabile omnino

omnino est; vt reliquis rebus, ita et animo su-  
am non deesse foecunditatem. Cumque non  
nobis solum nati simus, sed ad consociatio-  
nem hominum et ad naturalem communita-  
tem facti, animis nostris quidpiam inseri ne-  
cessé omnino fuit, quo veluti stimulo quodam  
incitati, quidquid virtutis et scientiae possi-  
denter, ad communem generis humani utilita-  
tem promouendam, et sapientiam naturae  
explicandam conferant. Scientiarum vero  
illarum semina, vt dixi, naturae insunt: at  
certo vitae spatio non experientia solum et  
doctrina, sed, quod non omittendum, diui-  
na virtute excitantur, vt suo tempore fructus  
suos fundant. Furorem igitur illum nihil a-  
liud esse existimo, quam impetum, quo ani-  
mus definito tempore impellitur, ad profe-  
renda ea, quae intra se agitat, et ad species ac  
rationes rerum inuisibilium alta mente repos-  
tas explicandas, easque per verba quasi visi-  
biles reddendas. CICERO lib. I. *Divinat.* furorem  
dixit mentem diuina quadam vi concitatam;  
inesse animis praesagitionem, extrinsecus in-

iectam atque inclusam diuinitus : quac si exat-  
serit acrius, furorem appellari, quum a corpore  
abstractus animus, diuino instinctu concitatur.

*Et scientia  
saepe no-  
num pari-  
unt.* Sistunt sese eo tempore quamplurimae cogitationes de rebus animo tum praesentibus, tantaque copia, ut altera alteram trudat, veluti exercitus quidam irrumptens. Pandunt sese meditationes vltro, animo etiam nolente, imo repugnante. Offertur scientia saepe noua rerum, de quibus nunquam cogitauit animus et rationes clara luce fulgentes se praebent conspicendas, quas eo intuetur modo, quo deinde aut nunquam, aut raro eas cernere valet. Irruunt vero nonnunquam et tanta celeritate pertranseunt, ut nulla ratione aut prehendi aut retineri queant. Hoc tempore facile est eloquio pollere, si rerum solum curam geras, ac id agas, ut manibus teneas, quod habes, ne auolet. Mirum proinde videri debet illud Oratorum genus, quod eloquentiam affectat ex phrasium libellis hoc furore destitutum. Recte enim dixit Vir quidam doctus, absurdam et ineptam esse quamuis orationem, quae non in animo nascitur. Aby-

Abyssum quandam rerum et scientiarum *Necesse est,*  
 mentem nostram continere persuasus sum. *ut abyssus  
 Hanc recludi necesse est, ut effundantur aquae,  
 quae vniuersa obducant. Quid autem ad aperi-  
 endos istos mentis recessus, tum ad utilia sci-  
 entiarum dogmata manifestanda, tum honesta,  
 iusta et bona declaranda, multum conferre  
 queat, non video praeter discessum mentis a  
 rebus corporeis, abnegationem sui, ac con-  
 templationem rerum optimarum. Animo e-  
 nim rerum terrestrium cura et passionibus or-  
 dinatis liberato, verae rerum rationes pandun-  
 tur. Non tamen vnum natura tramitem  
 seruat.*

Quae hactenus dixi, ad veram sapientiam monstrant iter, atque ad diuina, nec non *Quasdam  
 facultates  
 sola aetas* humana, caeteris paribus, ducunt: quam haec quidein tum forderet incipiunt. Ipsa quoque aetas huc aliquid confert. In vniuersum enim obseruare licet, si vel vna ea que praecipua animi facultas ad maturitatem perfectionemque peruenit, ubique illam praeponderare, ac vires pene omnes ad se trahe-

*re,*

re, nisi impetum eius aliae facultates aequalis roboris sustineant et frangant. Fieri quippe solet, ut plures animi facultates ex penū atque thesauro suo optima quaeque proferant, instar soli fertilis, quod non vnius generis herbas aut flores producit, sed infinitarum species cierum vi abundat.

*Furor plurimis de-  
scriptus.*

Atque tali furore plurimae artes a priscis sapientibus sunt inuentae, ut tamen non vnum omnia, sed quisque singula, quibus instructus erat, bona in medium protulerit. Furorem autem ideo eum appellari existimo, quod quo eo agitantur, quid dicturi sint, saepe nesciant, sed ventis veluti alto in mari vela permittant; imo non raro ignorent ea, quae dixerint: in tantum, ut si forte relegerint, quae literis mandarunt, credibile ipsis non videatur, haec a se profecta, nisi memoriam argumenti et facti, se de tali arguento aliquando scripsisse, mente tenerent. Idem quoque ex eo confirmatur, quod in nostra potestate non sit positum, eiusmodi cogitata in nobis excitare caeteraque paulo ante indicata procurare.

curare. Accedit, quod furor iste non desinat, sed dies noctesque instet, vrgear, impellat, ut effundamus, quae habemus, hoc facto quis sit, mentemque relinquit lassam et *ικλευμένην*.

Elegans hanc in rem est locus SCALIGERI *Testimonium de Arte poetica lib. 3. c. 26.* in quem diu, postquam haec scripsoram, casu quodam incidi: Legimus, inquit, in libris Pythagoreorum, quos Platonici (vt de Roma Augustus) e late- ritiis aureos fecerunt: duos nobis assistere Genios, alterum bonum, alterum malum. Boni duetu atque consiliis boni viri, ac lecti, coniungunt sese Deo, a quo illum ministrum, atque sequestrum acceperunt. Is Heroibus, quibusdam sese ostendit. Aliis nunquam visus, sed auditus est: id quod non in uno joco apud Platonem de suo Socrates profite- tur: quibusdam diuinis ingenii neque videtur, neque auditur, sed se ipsum ita offert atque ingerit, vt sua luce retegat intellectus rerum arcanarum, quas describant. Quapropter euenit saepe numero, vt cum deferbuerit calor ille coelestis in nobis, nos-

„met ipsi nostra illa vel admiremur, vel non  
 „agnoscamus, aliquā etiam non intelligamus  
 „ad eam rationem, ad quam directa dictata-  
 „que sunt ab illo. Neque aliter puto conti-  
 „gisse Platonis, cuius scriptis additum sit lu-  
 „men ab Interpretibus multo maius, quam  
 „quantum plebeis iudiciis debeatur. Ego  
 „vero, qui ne cum minimis quidem me con-  
 „ferendum censeo, si quid unquam nobis ex-  
 „cedit imprudentibus, tantundem postea non  
 „sperem a me praestari posse. Quae causa est,  
 „vt ad scriptiōnem, aut commentatiōnem  
 „nunquam accingamus, nisi ab ipso Genio  
 „inuitati, qui nobiscum loquitur, neque au-  
 „ditur, ostendens diuinitatis late patentes  
 „campos in animis nostris: quos ab officiis  
 „corporis suspenſos atque abstractos aliis di-  
 „stinet functionibus, vt non penitus temere  
 „dixerit, qui Aristotelis intellectum agentem  
 „eundem cum Platonicō Genio existimauit.

*Quare fin-  
guli motus  
excitentur.*

Quaenam vero motuum omnium et fin-  
 gulorum sit causa, et an semper probandi et  
 sequendi sint, non satis apud me constituere  
 valco.

valeo. Excitantur certe variis modis, v. gr. sermone alterius aliud plane spectantis, item Musica, affectibus quoque quam maxime. Excitari autem nequeunt, nisi mens iam ante ita sit comparata, ut data occasione excitari, propelli, ferri et ruere possit in ea, quae bona sunt, pulchra, honesta, et utilia ad scientiarum studia. Num aliae corporis affectiones idem efficere possint, nunquam diiudicare potui. Animus sine dubio non sustentatur cibo visibili, sed aliam nobiliorem et praestantiorem escam accipit ex mundo invisibili: cuiusmodi autem est nutrimentum istud, talem quoque edit partum patiturque furorem. Ipsam etiam diuinam lucem et virtutem nos saepe mouere, incitare, impellere extra dubium possumus.

Verum omnibus illis furoribus indistincte satisfaciendum non dixerim, quin potius non paucos cohibendos esse arbitror. Neque enim vnius sunt generis, sed vti ex eadem omnibus origine non profiscuntur, ita nec ad eundem finem tendunt. Non loquor de instinctibus diuinis, vel qui mala, iniusta, vicia, dira inspirant: facilis enim in utrisque

decisio. Sed illas puto commotiones, animi quae naturae vi excitantur. Nam et sola natura non nunquam impellit ad diuinorum rerum contemplationem, inspirat solatum, instilat gaudium, honestas suppeditat cogitationes, amorem boni infundit, ac propositum et ardorem incredibilem illud sequendi excitat. Sed illa mendax est et hypocritica. At quod a diuina luce profectum nobis insinuat, nec sensu percipi, nec ratione dijudicari potest, nisi plane sit extraordinarium: ac proinde non facile existimandum, diuino nos instinctu duci, quando animum commoueri contingit. Fero quippe imaginationis a vero iudicio abducit, et sensum interiorem, quo non in turba, nec in vento, sed in tranquillitate summa constitutis utendum, obnubilat et opprimit. Vnde fit, ut non solum nos ipsos decipiamus, sed et naturali quoque impetu saepissime abutamur et seducamur ad vana opera, ex quibus non nisi ingens damnum et dedecus nos manet.

*Plures animi commotiones*

Etenim omnes eiusmodi furores, praeter diuinum, vanitati sunt subiecti, spiritu, quo

quo mouemur, suum sibi quaerente regnum. vanitatis  
subiectas  
esse.  
Si hunc sequimur non operamur in regno DEI,  
sed naturae, in perniciem et detrimentum a-  
nimae. Quod enim haec exinde ad se allicit  
et trahit, purgatorio medicamento euacuan-  
dum est. Bene cum eo agitur, cui post ebri-  
etatem et crapulam ex amore rerum humana-  
rum earumque commercio contractam, vo-  
mitus contingit et purgatio, quanquam haec  
molestiam afferant non exiguum. Cauendum  
itaque ne instinctui nimium indulgentes, ceu  
vi fluminis abrepti vasto quodam gurgite hau-  
riamur; ut emergendi spes nulla supersit. Sa-  
tius enim est ad bonum, certum et recte ab  
initio constitutum finem actiones dirigere,  
quam naturae impetu vago ad inane ferri: vel  
si instinctui satisfaciendum est, vanitatis con-  
templatione animum ab amore eius abducé-  
re, ne quid labis contrahat, magnifice de fe-  
sentiat, ac superbia efferatur.

Haec de furore: ex multis pauca. Neque Caventes  
Themidi  
artem va-  
ticipandi  
tribuerint?

di vaticinandi artem atque furores excitandi facultatem tribuerint. Mirum autem id videri nequit, si omnia recte perpendamus. Memoria igitur repetendum, quid sit Themis, quid ius, quid oracula. Ac Themidem diximus fiogi deam, vel praesidem iuris diuini et humani: ius vero, cui praeceps, legem esse diuinam et aeternam ab ipso summo Bonovniuersac naturae inditam, secundum quam non tantum formata sit et ordinata, sed et cuius ope sarta tecta conseruetur, cuiusue vestigia et ~~impressa~~ impressa habeat evidentissima. Et si humanum solummodo ius intueamur, idque siue ut iam definitum et constitutum, siue in speciebus postea emergentibus definiendum consideremus, est illud immensa quaedam vis rationum, secundam quas actiones humanae dirigendae et iudicandae sunt. Oracula porro, teste CICERONE in *Topicis* dicta sunt, quia in his sit deorum oratio, quemadmodum *fata* a fando et λόγια a λόγῳ appellantur: indeque et τὸ τεθεμένον dicitur, id est, *positum*, *sancitum*, et θέματος. θέματος et θέμα ipfa nomen traxit.

traxit. Eiusmodi oracula, seu deorum ad homines orationes exstissee crediderunt Gentiles, ut in vulgus notum, licet Sibylla Erythraea testetur:

ἴστις πλάνη πάντα τάδε ἔστιν  
Ἄπερ ἀφρόνες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατ' οὐμαρ.

Omnia illa erronca esse  
Quae stulti homines quotidie scrutantur.

Considerandum porro, vnicuique rei natura ius suum definitum esse, nec factum aliquod dari, siue praesens, siue futurum, quod si a mente, certo modo destituatur, quo vel legi aeternae ratione rerum omnium aeternas complicitar. conformat, vel ab ea deficere et recedere iudicari possit. Imo hoc ipsum, vt a causa aliqua per multas demum consecutiones hic vel ille euentus sequatur ad ius vniuersale rerumque omnium legem pertinet. Quidquid autem huc spectat, nec cognosci, nec praevideri potest, nisi a mente, quae rerum omnium notitiam habet, et scientiam, quae stabiles atque aeternas rerum rationes complectitur. Haec vero notitia, haec scientia, a qua natura abhorremus, adquiri non potest, nisi DEO ipsam vitro offerente, hominemque ad inui-

inuisibilium et coelestium contemplationem  
euchente et rapiente. Audiamus IAMBlichum  
de Mysteriis Acgypti. Sect. 3. cap. 31. Οσοι μὲν θεοὶ τῆς  
ἀληθείας, τῶν ἀγαθῶν εἰσὶ μόνως δοτῆρες, μόνοις τε τοῖς ἀγα-  
θοῖς ἀνδράσι προσομιλοῦσι, καὶ τοῖς διὰ τῆς ἱερατικῆς ἀποκε-  
φαρμένοις συγχίνονται, ἐκκόπτοντο τε ἀπ' ἀυτῶν πᾶσαν κακιαν  
καὶ πᾶν πάθος, τούτων δὲ ἐπιλαμπόντων, αἴφαντες τὸ κακὸν καὶ  
δαιμόνιον ἐξισταται τοῖς χρείττοσιν. ὥσπερ φατὶ σκότος.

*Dii quotquot ucri sunt, dant uera tantum bona,  
et bonorum virorum tantum consuetudine utuntur;  
et cum iis solis conuersantur, qui per sacra rite pur-  
gati fuere, a quibus etiam omne vitium et omnem  
passionem praescindunt. H̄i quoies adfulgent in  
bonorum mentes, quidquid erat malum, aut da-  
emonicum fugit ad conspectum meliorum, veluti te-  
nebrae ante solem. vid. et Sect. 5. cap. 15. ubi ho-  
mines dupliciter operari ait, vel ut liberos a  
corpore (eos scilicet, qui summopere pur-  
gati sunt) vel ut corpore deuinctos.*

*Hinc pot-  
estatem ali-  
quam, quae  
scientiam  
illam confe-  
rat, post De-  
um exis-  
te credide-  
runt.*

Mirum itaque videri non debet, Veteres ut  
in aliis naturae viribus et virtutibus, ita et hic  
potestatem aliquam DEO subordinatam con-  
stituisse, quam Themidem, (seu Ius) appellava-  
runt, quae mentes hominum ad puram et  
sincere

sinceram veritatem percipiendam, ad diuinum lumen cernendum, deorumque sermonem intelligendum aptas reddat et idoneas. Videri hac de re meretur IAMBlichus de Myher. Aegypt. Sect. 3. c. 18. et 19. vbi vaticinium mere diuinum opus esse statuit. Quo autem nomine eam potestatem rectius compellarent, quam quod id ipsum exprimit, cui eam praesse voluerunt? Sicuti enim ius est, quod deus semel voluit, ut esset, et secundum quod mundus perpetuo et inamutabili ordine ad finem usque duraret: ita certe ius quoque est id, quod futurum est de iis, quae contingencia vocamus. Ab eodem enim fonte utrumque deriuatur.

Sed ut paulo clarius, quod dixi, expounam, constat non iisdem omnes animi facultatibus et donis a natura instructos, sed singulis praecipua quaedam et singularia data esse munera, quibus excellerent. Singulæ vero facultates ex sententia Veterum proprium quasi centrum habent, proprium fontem, propriumque motorem et ductorem. Mentem  
K quippe

quippe nostram aequa nutritri et sustentari crediderunt ex mundo spirituali, ac corpus nostrum ex hoc visibili. Testem produco IAM-BLICHVM d. SeCt. 3. cap. 18. Πάντα γε μὲν ἐνὶ γέ τινος τῶν κρείττονων ἐπιέτραπται τῶν Θεοπρεπῶν πράξεων η κατόρθωσις. ἔτει οὐδὲ λόγου περὶ θεῶν ἄνευ θεῶν λαλεῖν δυνατὸν, μη τοι γε δὴ ισόθεα ἔργα, καὶ πᾶσαν πρόγνωσιν ἄνευ θεῶν τὶς ἀν ἐπιτηδεύσεις. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον φῦλον αἰσθενές ἔστι καὶ σμικρὸν, βλέπετε ἐπὶ βραχὺ, σύμφυτόν τε οὐδὲν κέκτηται. μία δὲ ἐστὶν ἐν αὐτῷ τῆς ἐνυπαρχούσης πλάνης καὶ ταραχῆς, καὶ τῆς αἰστάτου μεταβολῆς ιατρεία, εἰ γίνα μελουσίαν θείου φωτὸς κατὰ τὸ δυνατὸν μεταλάβοι. ὁ δὲ ταύτην ἀποκλείων, ταῦτον ποιεῖ τοῖς ἐξ αἰψύχων ψυχὴν παράγουσιν, η τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνοήτων, νοῦν ἀπογενέσται. καὶ γὰρ αὐτὸς ἀπὸ τῶν μὴ θείων τὰ θεῖα ἔργα ανατίως ὑφίστησι. *Omnino debita diuinorum operum administratio alicui superum permititur.* Quoniam autem non possumus vel verbum loqui recte de diis sine diis; multo minus quis instituerit opera diis digna, et vaticinationem diis non fauentibus. Nostra enim natura infirma est, et imbecillis et parum propicit, cognatamque habet nullitatem; et unica est ei medela erroris et tumultuationis et instabilis transmutationis, si possit aliquam diuini luminis particulam haurire. Qui autem secludit diuinum lumen in hoc negotio, perinde mibi facere videtur, ac ii,

qui

qui velint ex inanimis animam producere, aut mente ex iis generare, quae omni mente carent: id enim facit, qui ex non diuinis diuina opera sine ratione producere velit. Idem testatur HOMERVS, qui tamem cuiusque animum dixit, qualem lupiter singulis diebus ei largitur. Et PYTHAGORAS in carminibus aureis optauit, ut homines intellicherent, quo spiritu regerentur:

*Ζεῦ πάτερ, ἡ πολλῶν τε κακῶν λύσεις ἄπαντας.*

*Η πᾶσιν δεῖξαις οἷα τῷ δάίμονι χρῶνται.*

*Jupiter alme, malis iubeas vel soluer omnes:*

*Omnibus utantur vel quoniam daemone monstra,*

Quidquid igitur est, quod volente et dispensante ita summo rerum omnium arbitro homines reddit participes sapientiae diuinae et scientiae rerum, quae vere sunt eodemque semper modo se habent, uti et rerum futurorum contingentium (siue id fieri modo quodam ordinario, naturae omnium hominum communi, siue extraordinario, per furores diuinos, oracula et similia) id Veteres The midem dixerunt.

Placuit nimirum Veteribus singula dea munera singulis numinibus inferioribus, ve-

Iuti distributoribus adscribere, quorum beneficio a Supremo Numine in nos deriuarentur, secundum legem ab eo praescriptam. Ne quis a me haec fingi existimet, ex M. Ficino ea deinde probaturus ero, nunc vero praemittam Porphyrium apud EVSEBIVM Praepar. Euangrl. l. 3. c. II. vbi symbola veterum Graecorum, quibus Terrae vis indita declaratur, explicans, Themidis mentionem facit his verbis: „Et quoniam vis „praeterea diuinandi quaedam inerat, Theimin „ipsam nominarunt, quasi singulis τε τεθειέντα „hoc est, τε fato constitutas euenturasque „praenuntier. Atque hunc in modum vim „illam Terrae tot symbolorum varietate ex- „plicatam venerantur; ac Virginis quidem Ve- „staeque nomine, quatenus ea centrum uni- „uersi complectitur; Parentis, quatenus ali- „menta suppeditat; Opis, quatenus lapides „generat, montibusque prominet; Cereris, „quatenus virentia germina procreat; ad ex- „tremum Themidis, quatenus fundendis ora- „culis usui est. Vim autem seminis, quod ipsius „in gremium effunditur, in Priapi speciem effin-

effinxere, sic tamen, ut quod siccis frugibus producendis aptum esset, Proserpinam, quod vero ad humidiiores arborumque foetus pertineret, Bacchum appellarent. Sic, igitur Proserpina quidem sementis tempore a Plutone, hoc est, a Sole sub Terras, commeante rapitur: Bacchus autem cum germinare incipit, idque pro qualitatibus suis, quibus vis illa afficitur, quae tenerior, adhuc, tametsi ad fructus excellentis productionem idonea, sub terra delitescit: tum, vero suam ei virtuti commodat operam, quae ut floribus excludendis praeest, Attis symbolo; ut autem maturarum frugum messi, Adonis nomine adumbratur. Praeterea vis illa spiritualis, quae vniuersa permeat, Sileni; quae vero cunctis paulatim educendis ac magis magisque proferendis continetur, Baccantis in speciem conformatur: quemadmodum etiam impetus, qui ad Venerem existimat, Satyrorum effigie solet exhiberi. Atque haec symbola sunt, quibus Terrae vis insita declaratur., Hactenus Porphyrius.

K 3

Neque

*Themis A-  
pollini va-  
ticipinandi  
facultatem  
largita.*

Neque praetermittendum hic est, antiquos sapientes Themidem finxisse ipsis quoque diis, interque eos Apollini, vaticinandi facultatem largitam. Varie tamen haec fabula referri solet. Quidam enim Apollinem narrant, nescio quibus caedibus pollutum et diuina potestate spoliatum Olympoque eleatum, nouem annis in Thessalia exsulasse, ibique Admeti regis boues pauisse. Ita EVRIPIDES in Prologo *Alcestis*, et HORATIVS *Carm. lib. i. Od. 20.* Alii vero Apollinem in alium orbem migrasse, ac nouem annorum curriculo purgatum, purum rediisse, indeque eum *Phoebum* dictum esse, atque oracula apud Delphos fundendi facultatem eo tempore accepisse adfirmant. Vid. PLVTARCHVS d. oracul. defect. Ab his in alia omnina discedit HOMERVS in *Hymno in Apollinem vs. 120.* ubi eum a Latona in Delo recens editum, deas alba aqua caste et pure latusse, uesteque candida indutum, aurea fascia ornasse, et Themidem nectar ac ambrosiam ei praebuisse canit his verbis:

Ev9a

Ειδά σε της Φοῖβε θεαί λοιον ὕδατι καλῷ  
Αγνῶς καὶ καθαρῶς, σπάζειν δὲ ἐν Φάρῃ λευκῷ  
Δεπτῷ, νηματέω περὶ δὲ χεύσεον στρόφον ἥκαν.  
Οὐδὲ ἄξιον Απόλλωνα χρυσάραιο θύσατο μήτηρ,  
Αλλὰ Θέμις νέκταρα τοὺς διμέρεσσίν τε έρατεινήν  
Αθανάτησιν χερσὸν ἐπήρεται.

*Vbi te o iaculator Phoebe deae lauabant aqua alba  
Casta et pure, fascinuerunt autem in ueste candida,  
Tenui, pulchra, circa vero auream fasciam iniecerunt.  
Neque utique Apollini ensem habenti auream mam-  
mam praebuit mater,*

*Verum Themis nectareque et ambrosiam amabilem  
Immortalibus manibus propinauit.*

Quo in loco nolle cum Pighio libro fac- *Quid per  
pius laudato p. 89. existimare, per nectar et Nectar et  
ambrosiam nihil aliud intelligi quam legis di- Ambrosiam  
uinac virtutes, innocentiam atque immorta- intelligen-  
litatem, quod τὸ nectar dictum sit, quasi mi- dum sit, ex  
nime destruens vel occidens, et ambrosia im- Platone  
mortalitatem significet, quod ex Etymologicis  
adstruere conatur: sed potius ipsam sapienti-  
am diuinam et perfectam cognitionem eo-  
rum, quae vere sunt, nec praesentium solum  
et praeteritorum, sed et futurorum scientiam  
iis significari arbitror, quo etiam Vir ille cla-  
rissimus inclinare videtur pag. scq. 91. Idque  
mani-*

manifeste satis probat elegans locus in PLATONIS *Phaedro*, vbi animas, quae immortales vocantur, alato curru in sublime euectas, cum ad coeli fastigium animae gubernatore solo intellectu peruenerint, praeter alia, scientiam eorum, quae vere sunt, contemplari ait, et his quasi epulis enutritas intra coelum redire, et cura redierint, aurigam equis ad praesepe alligatis ambrosiam eis obiicere, et nectar potandum praebere. Atque hanc esse deorum vitam. Alios vero animos affectantes quidem superiorem coeli locum ascendere, eo etiam adspirare, sed prae impotentia submergi, et dum alter alterum praecire contendit, sc inuicem calcare: tandem post tumultus, certamina et sudorem extremum, dum alii aurigarum prauitate claudicant, aliorum pennae confringuntur, omnes irrito conatu discedere, eius, quod vere est, contemplationis expertes, et post discessum alimento vti opinabili, cuius quidem gratia multus adsic conatus, vt videant, vbinam sit veritatis campus, etc. Opponit hic Plato ali-  
mentum

mentum opinabile, quo vntuntur animi, qui p[er]tinet  
impotentia caput ultra coelum extollere ne-  
sciunt, nectar et ambrosiae, quod alimen-  
tum dicit immortalium animarum, quae sa-  
pientiam diuinam et quae vere sunt, conspe-  
xerunt. Vnde, ni fallor, liquido patet, per  
nectar et ambrosiam nihil aliud, quam ipsam  
sapientiam diuinam et scientiam eorum, quae  
vere sunt, felicitatemque ex illis oriundam  
intelligendam esse.

Facit huc, quod IAMBlichus de *Myst. Ac.* Sententia Iamblichei de triplici hominis vita  
*gypt. Sect. 5. cap. 18.* de triplici hominis vita tra-  
dit, intelle[ct]uali, naturali et media. „ Ma- „ hominis vi-  
xima, inquit, hominum turba naturae sub- „  
iicitur, eiusque potentiis gubernatur, ver- „  
gitque fere ad naturae opera, fati leges ex- „  
plet, cogiturque in ordinem earum rerum, „  
quae fato fiunt, et practicam rationem in „  
solis naturalibus rebus exercet. Pauci inte- „  
rim sunt, qui supernaturali visi mentis po- „  
tentia, naturam supergrediuntur, ad sepa- „  
ratam puramque mentem adspirantes, qui „  
proinde potentiis naturalibus praestantiores.“

L

euadunt.

„euadunt. Nonnulli vero ab his vtrinque re-  
 „cedentes medium tenent inter puram men-  
 „tem et naturam, et horum alii quidem vi-  
 „cissim ab vtraque se reducunt, alii mistam  
 „quandam ex illis vtrisque vitam amplectun-  
 „tur, alii ab inferioribus soluuntur, et ad me-  
 „liora se transferunt. „ Indeque varia cultus  
 diuini genera oriri ostendit in sequentibus,  
 quae ibi videnda.

*Quid Ne-  
 etar et Am-  
 brosia sit, ex  
 Homero  
 probatur.*

Quod de nectare et ambrosia diximus  
 clarius adhuc probatur ex eodem HOMERI Hy-  
 mno vs. 127. seqq.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ Φοῖβε κατέβησε ἀμφροτον εἰδαρ  
 Οὔτε γ' ἐπειτ' ἵσχον χρύσεοι στρόφοι ἀσπαίρουλα,  
 Οὐδὲ τῇ δέσμῳ τὸ ἔρυχε, λύσιο δὲ πεύραντα πάντα.  
 Αὐτίκα δ' ἀθανάτοισι μετηύδα Φοῖβος Απόλλων.

*Coeterum postquam Phoebe comedisti immortalem  
 cibum,*

*Non te utique amplius retinuerunt aureae fasciae  
 palpitantem,*

*Neque vincula detinuere, soluebantur autem funes  
 omnes.*

*Statim autem immortales allocutus est Phoebus Apollo.*

Nihil euidentius hic est, quam per immorta-  
 lem illum deorum cibum Poetam intellexisse  
 scientiam diuinam, cuius toties mentionem  
 fecimus,

fecimus, et praesentium, praeteritorum ac futurum cognitionem, cuius ope ac virtute Iouis consilia Apollo eloqui potuit hominibus, statim ac natus fuit.

Obiter hic notandus dissensus Veterum An illa sine cibus, an potus, an utrumque. de nectare et ambrosia, an cibus fuerit, an potus, an utrumque. PLATO quidem d. l. ambrosiam equis apponi, nectar vero illis portandum praeberi ait. HESIODVS vero utrumque cibum esse dicit in *Theogon.* vs. 640.

*Νέκταρ τὸν αἷμαβροσίην τε, λάπερ θεοὶ αὐλοὶ ἔδουσι.*

*Nectar ambrosiamque, quibus Dii ipsi vescuntur.*

et vs. 642.

*Ως νέκταρ δὲ πάταγόν καὶ αἷμαβροσίην ἐρχεταινήν.*

*Vbi nectar comedenter et ambrosiam amabilem.*

item vs. 796.

*Οὐδέ ποτὲ αἷμαβροσίης καὶ νέκταρος ἐρχεται αὔσταν  
βρώσις.*

*Neque ambrosiae et nectaris fruitur*

*Cibo.*

quanquam tres hosce posteriores versus pro supposititiis habendos velit *Guinetus:* quam ob causam, ipse viderit, HOMERVS contra Odyss. I. vs. 359. utrumque potum esse adfirmat:

Αλλὰ τόδι ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἐστὸν ἀπερράξ.  
Verum hoc ambrofiae et nectaris est latex.

Non nego Veteres hac in re parum sibi constare: sed quod Poetas attinet, sentio cum Eustathio a i. CLERICO ad d. vs. 640. allegato, qui Homerum synecdochice locutum, et *laticem* ad solum nectar referendum esse notat. Idem ergo de Hesiodo iudicandum.

*Fabulam de Apolline* eam narrat LVCANVS. In Pharsal. enim lib. 5. vs. aliter narrat Luca-77. scqq. Themidem refert Delphis celeberrimus et Dionysius Periegetes. oraculum habuisse, eique Apollinem successisse, quem iuuenem adhuc interemto Pythone serpente, qui Iunonis iussu Latonam e Ioue grauidam et partui vicinam persecutus fuerat, vatem factum tradit, cum Themis regna tripodesque teneret, eumque vel fata canere, vel, quod iubet, canendo fata facere. Apollini caedem draconis tribuit etiam Dyonisivs in Perieg. vs. 41.

Τῷ πάρᾳ, Πυθῶνος θυόνεν πέδου, ἦχοι δρύκοντος  
Δελφύνης τριπόδεσσι θεοῦ παρακέλαιαι ὅλκος,  
Ολκὸς ἀπειροσίησιν ἐπιφρίσσων Φολίδεσσι,  
Νηῶ ἐν ιμερῷ. οὗτοι πολλάκις αὐτὸς Ἀπόλλων,  
Η ἀπὸ Μιλήτου ἡ εκ Κλάρου ἄρτυ Βεβηκώς,  
Ιστάμενος χρυσέντος ἀναλυεται ἄμμα Φαρέτρου.

Ariad

*Apud quem Pythonis nidorosum solum, ubi draconis,  
Delphines tripodibus dei adinceat spira,  
Spira infinitis inhorrescens squamis,  
Templo in amabili: ubi saepe ipse Apollo,  
Aut e Miletō, aut e Claro quum recens aduenit,  
Subsistens aereae soluit vinculum pharetræ.*

Haec optime explicat Eustathius in Scholiis, qui hac de re consuli meretur. Pulchre eandem fabulam depingit quoque EVRIPIDES *Iphigen. in Taur.* Act. 5. vbi simul causam exponit cur Themidem Apollo a tripode Delphico arcuerit.

Neque tamen vaticinabatur Apollo, nisi Apollo Itonis Propheta dictus, quae Iupiter ei praediceret, vnde Louis Patris Propheta appellatur ab Aeschyllo. Eleganter TIBULLVS lib. 3. Eleg. 4. Apollinem italoquentem facit:

*Sed proles Semelæ Bacbus, doctæque sorores  
Dicere non norunt, quid ferat hora sequens.  
At mihi fatorum leges, aeuique futuri  
Euentura pater posse videre dedit.*

De Apollinis veracitate videantur, quae ILLVST. EZECH. SPANHEMIUS ad Callimachum notauit in *Hymnum Apollinis* vs. 68. pag. 88. Sane Iupiter scientiae humanæ, ac omnium vaticiniorum

fons et origo existimatus fuit, uti constat ex dicto loco Tibulli, item VIRGILIO lib. 3. Aeneid.

VS. 208.

*Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta:  
Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo  
Prædixit.*

et ARATO in Phoenom. VS. 768.

πάντα γὰρ οὐτα  
Ἐκ Δίος ἀνθρώποι γινώσκομεν, ἄλλ' ἔτι πολλὰ  
Κέκρυπται. τῶν ἀκε Θέλη, καὶ ἐσαυτίκα δώσει  
Ζεύς. οὐ γὰρ οὐν γενεὴν αἰδερῶν ἀναφανδὲν ἐρέλλει,  
Πάντοθεν εἰδόμενος, πάντη δὲ οὐσία σήματα φαίνων.

Omnia enim nondum  
Est Ioue mortales didicimus, verum adhuc multa  
Occulta sunt: quorum aliqua cum libuerit, etiam in  
posterum dabit

*Jupiter. hic enim genus hominum aperte iuuat,  
Undique conspectus: passim vero hic signa ostendens.*

his signis, de quibus Poeta loquitur, addenda quoque vaticinia et oracula.

Atque haec sane cum iis, quae de The-  
*An Lucanu-  
m fabulā mide ex Homero aliisque attulimus, neque  
recte nar- secum pugnare, nec Lucanum loco modo ci-  
ret?* tato minus recte prodiisse arbitror, Phoebum  
hausto Delphici hiatus spiritu vatem factum,  
quamuis aliter sentiat vir quidam doctus in  
notis

notis ad Tibullum d.4. Sic enim nec Homerum, nec reliquos recte rem narrare dicendum esset. Et quid impedit, quominus Iupiter sit fons oraculorum, ipseque praesidem eorum constituerit Themidem, haec vero vaticinandi facultatem concesserit Apollini, vel recenter nato, ut vult Homerus, vel postea in antro Delphico, secundum Lucanum? Constat certe Poetas variis verborum figurae eandem rem tegere et occultare.

Causam autem cur Apollini vaticinandi <sup>Cur Veteres  
Apollini  
vaticinan-  
di artem  
tribuerint?</sup> artem a Themide concessam statuit fabulosa antiquitas, exponam verbis PLUTARCHI *de Oraculo defecto*, pag. m. 433. Οι μὲν πόλεις τῶν προγενεστέρων ἔνα καὶ τὸν ἀυτὸν ἡγεμονὸν Θεὸν Αἰτίλωνα καὶ γῆλου. οἱ δὲ τὴν καλὴν καὶ σοφὴν ἐπιστάμενοι καὶ τιμῶντες ἀναλογίαν. ὅπως σῶμα πρὸς ψυχὴν, ὃψις δὲ πρὸς νοῦν, φῶς δὲ πρὸς αἴληθειαν ἔστι τοῦτο, τὴν γῆλου δύναμιν εἰκαζον ἔναις πρὸς τὴν Αἰτίλωνος φύσιν, ἔκγονον ἔκεινου καὶ τόκον ὄντος αἵτινοι γενόμενον, αἵτινοι τοῦτον ἀποφαίνοντος. ἐξάπτει γάρ καὶ προσάγεται καὶ συεξορμᾷ τῆς αἰσθήσεως τὴν ὁρατικὴν δύναμιν ὄντος, τῆς ψυχῆς τὴν μαντικὴν ἔκεινος. *Multi antiquiorum esse unum eundemque deum Apollinem et Solem putauerunt.* Qui vero proportionem, pulchram ac sapientem sancte rem, cognitam habent ac magnificiunt: ii, sicut corpus

*corpus ad animum, visus ad mentem, lux ad veritatem se habet, ita solis facultatem se habere sent ad naturam Apollinis. Illam huius propaginem foetumque existimantes, illam semper ab hac, quae semper est, procreari. Ille enim accendit, producit atque excitat videnti sentiendi vim: hic animi diuinatricem facultatem.* Sali idem tribuit AMMIANVS MARCELLINVS *Histor. lib. 21. cap. 1.*

„Aperiunt, inquit, tunc quoque ventum, cum „aestuant hominum corda, sed loquuntur diuina. Sol enim, ut aiunt Physici, mens mundi in nostras mentes ex se velut scintillas diffunditans, cum eas incenderit vehe- „mentius, futuri consicias reddit. Vnde Si- „byllae crebro se dicunt ardere, torrente vi „magna flammarum. „ Et IAMBlichvs de My- „ster. Aegypt. Sect. 7. cap. 2. et 3. solem omnia gubernare docet.

*Apollinem mentes hominum scientia illustrare crederunt Veteres.* At non in sola vaticinandi facultate Apollinem hoc praestare Veteres voluerunt, sed et diuinarum et humanarum rerum scientia animos humanos eum illustrare crediderunt, teste PLUTARCHO de sero Numinis vindicta p. m. 566.

m. 566. vbi ductorem, nescio quem, Thespe-  
sio refert lumen ex tripode Delphico per The-  
midis sinus in Parnassum emissum ostendere  
voluisse, quod tamen ille prae splendore vi-  
dere non potuerit. Vnde et Apollini cum  
nocte nihil commune esse idem auctor d.l. af-  
firmat; quo ipso significare voluerunt, non  
nisi diuina sorte sapientes viros nasci, et DÈVM  
solum verae sapientiae et scientiae largitorem  
esse distributorem. Hinc CALLIMACHVS Hy-  
mnus in *Apollinem* vs. 9.

Ω' πόλλων οὐ παντὶ Φαίνεται, αἷλλ' οὐ τις ἔσθλος.

Ος μην ἴδη, μέγας οὗτος. οὐδὲ οὐδὲ, λιτὸς ἐκεῖνος.

Οψόμεθ', ω Εὐδέργε, καὶ ἐστόμεθ' ὄπιστε λιτοί.

*Apollo non cuiuis appareat, sed ei quisquis vir bonus.*

*Qui ipsum viderit, magnus hic: qui non videt, abi-  
iectus ille est.*

*Videbimus te, o Apollo, et nunquam erimus abiecti.*

Qua praeterea ratione utriusque sexus va-  
tes imaginatione futurorum impleantur, pro-  
lixe exposuit PLUTARCHVS de *Oracul. defect. p.m.* Quonodo-  
vates scien-  
tia futuro-  
rum imple-  
antur.  
431. seq. qui videndus, IAMBlichys quoque  
*de Myster. Aegypt. Sect. 3. cap. 16.* vniōnem et sym-  
pathiam inter partes vniuersi, motusque non  
minorem concordiam esse ait, quam sit vni-  
uscu-

uscuiusque animalis, in membris etiam longe distantibus etc. indeque esse, ut ad iis ad homines per coelos primum et deinde per aera vaticinia destinentur. add. tot. cap. seq. 17.

*Themis  
quoque i-  
psum futum  
moderari  
dicitur.*

Nec tantum vaticiniis claruisset fertur Themis, sed et hac quoque re a Graeciae sapientibus celebratur, quod consilio et prudentia sua ipsum quoque fatum, causarumque naturalium consecutiones moderetur, et pro sapientia sua aliud constituat, utilitati generis humani promouendae accommodatius. Non obscure hoc indicat PINDARVS *Isthm. Od. 8. vs. 65. et seqq.* Iouem enim et Neptunum refert Thetidis amore flagrantes de nuptiis eius contendisse: at deos auditio Themidis consilio valantis oraculo, coniugium istud non perfecisse. In deorum enim coetu edixisse Themidem, in fatis esse, ut Thetis filium patre praestantiori ederet, qui telum fulmine Iouis et tridente Neptuni potentius manu versaret: mortali potius viro Thetidem in matrimonio colloquandam esse; huic immortalibus superciliis annuisse deos, atque Thetidis cum Pelco (Achil-

lis

lis patrii) nuptias curasse. Versus Pindari, quia prolixiores, non adscribam, ut tempori et chartae parcam. Eandem fabulam narrat Apollon. Rhod. lib. 4. Argon. lib. 4. vs. 799. cuius verba, quia breviora, subiiciam:

Ἐμπῆς δὲ οὐ μεθίσκειν ὅπιττεύων αἴκουστα,  
Εἰσότε οἱ πρέσβειρα Θέμις καλέλεξεν ἄπαντα.  
Ως δὴ τοι πέπρωτο, ἀμείνονα πατρὸς ἐγώ  
Παιδα τεκεῖν.

Nec ramen missam fecit, aut parcus inhibuit auer-  
fanti

Donec veneranda Iuritis rem illi ipsam aperiret,  
In fatis omnino efficit suo potiorem patre  
Edat filium.

Ex quibus omnibus nunc pace aliorum Consestaria  
quae ad  
ex dictis  
deducta varia consestaria elicere liceat. Primum sit: aliam esse Theoriam juris, quae in eo consistit, ut quis multas leges aut sententias ab hominibus constitutas et prolatas memoria teneat: aliam, quae cognitione ordinata causarum et rationum continetur, quibus cuncta reguntur. Alterum: talem esse cuiusque scientiam in iure, qualem deus illi dedit. Nam ut HESIODVS in scuto Herculis vs. 88. et 94.

Γενομέθ', οὔτε Φυὴν ἐγαλίχησι, οὔτε νόημα.

Αὐτῷς ιμοὶ δαιμῶν χαλεποὺς ἐπεῖδελτ' αἴθλους.

*Natī sumus, neque statura similes corporis, neque in genio.*

*Mihi vero daemon imperauit difficiles labores.*

Hinc optimum semper visum votum Pythagorae supra exhibitum, ut homines intellexerent, quo spiritu regantur. Tertium: infinitarum consequentiarum seriem, vnde euentus pendet, DEI consilio et prouidentia regi, Gentiles etiam agnouisse, idque vel hanc fabulam ostendere. Recte quoque Homerum dixisse, deorum munera, etiam minima, non esse contemnenda. Nulla enim scientiae humanae pars adsperrnanda, nulla facultas animi parui ducenda est, quum quaelibet utilissima sit et laude sua digna, si ea recte et ut pars est utamur. Porro, omnes excellenter malos furoribus agi ad malum: confer, IAMBlich. de Myster. Aegypt. Sect. 4. cap. 10. ubi ostendit homines viribus naturae et diuinis muneribus ad malum abuti, et principium amoris toti vniuerso insitum et ad finem honestum a natura constitutum arte et fraude sua ad in honestum

nestum pertrahere posse, de quo agit cap.  
seq. 12.

Addam et hoc, statum illum mentis, de <sup>Alia ad-</sup>  
quo supra actum, furorem quidem appellari,  
reuera autem summiā ap̄imi esse tranquilli-  
tatem, quum hic ad seria, bona et laudabilia  
abripitur. Vix enim eo mentem concitari  
puto, quae negotia humana magnifacit iisque  
delestat, non animaduertens nihil, aliud ea  
esse, quam pueriles nugas. Nam ut eleganter  
*CICERO lib. i. de Diuinat.*, „Vigilantes animi „  
vitae necessitatibus seruiunt diiunguntque se „  
a societate diuina, vincis corporis impediti „  
Rarum est quoddam genus eorum, qui se a „  
corpore auocent, et ad diuinarum rerum „  
cognitionem cura omni studio querapiantur „  
Praeterea, vim furorum naturalium elidi non  
posse aut auerti, nisi vi quadam potentiore  
ac diuina: ad summum peruenisse eum, qui  
eos si non frangere, et debilitare queat, saltem  
despiciat et contemnat. Quin non paucos da-  
ri furores, qui profectus vitae spiritualis im-  
pediant, hominesque incautos a perfectione

mentis abducant; interdum tamen ad maiora eos gradum facere, si vera bona a falsis ex imaginariis sollicito distinguamus, illaque, his reiecit, amplectamur. Latet enim anguis in herba, qui cum paleis et stipulis igne comburendus.

Sed ut in viam redeamus, supra dictum

*Vnam esse est, vnam esse Themidem, (licet duas non-Themidem, nulli finixerint) idque pro primo et indubitate et vnam Legem aeternam.* to principio merito ponendum nunc videtur.

Vti enim sol adspectabilem hunc mundum illustrat, eumque oculis nostris conspiciendum praebet; ita quoque vna est Themis, omnis iuris, legumque fons et scaturigo. Hanc optimè CICERO passim, in primis lib. i. de republ. et lib. 2. de Nat. Dcor. rationem rectam summi Iouis appellat, cum mundo natam, universitatem, singulisque rebus conuenientem. Idem docet Plato, mundum nempe caeteraque omnia, quae eo continentur, vna lege gubernari et ad vnum bonum finem perduci: hanc a DEO promanare, tanquam fonte summi boni et patre luminum, et per inferiorum deorum et ordinum potestatem, corporumque coelestium et elemen-

elementorum species diuersis radiis diffundi, variisque riuis profluere, indeque in mentes nostras, animasque, ac corpora deriuari, et singula pro cuiusque conditione, natura et materiae qualitate plus minusue a Themide accipere muneris, prout supremo rerum omnium gubernatori placuerit.

Admodum notabilis est haec Platonis sententia et diligent consideratione digna. Nam, <sup>Quatuor gradus Legis aeternae secundum Platone.</sup> ut alibi exposui, sunt quidam gradus iuris, ipsumque ius, in se vnum et simplex, in multa diffunditur genera et species: aliud in eo primum est, aliud ultimum. Hos gradus cum ex eodem Platone nonnulli explicatius protulerint, alia tamen, quam fieri par erat, serie, lubet eos hoc loco perpendere, quum et Pighium ex M. Ficino, (quem pulchre ex ipso Philosopho gradus collegisse ait) illos referre non piguerit. Legem autem unam, aeternam ac penitus immutabilem statuunt, apudque omnes gentes eandem de iisdem rebus. Nam quae temporibus, locis, opinionibus permutatur, non legem sed constitutionem verius dici. Legis

gis vero illius aeternae species quatuor Platonem ponere , quarum prima est diuina , in summa Dei mente posita, quam prouidentiam et ex Orpheo Saturni legem appellat : secunda coelestis in superiore animae mundi parte, quam fatum vocans Iouis legem dicit : tertia mouens in mouente , inferioreque illius potentia, quam primae Veneris : quarta in hominis mente animaque rerum creatarum, quam secundae Veneris legem nominat. Primam a summo bono , quod supra mentem est , profluere in vniuersa : secundam a mente et summo bono : tertiam ab vniuersali anima, mente et summo bono : quartam ab eodem, mente et anima , omnesque ad ipsum bonum quoque reflecti. Primam versari in ideis circa summum bonum supra rationes : secundam in rationibus circa ideas supra semina: tertiam in seminibus circa rationes supra formas: quartam vero in notionibus et formis circa rationes supra actus atque artes. Hanc regiam a Platone appellari legem , supernae legis imitatrixem , qua homines reliquaque anima-

animata gubernentur. Sic Platonici, ex quibus illa Themidi suae inseruit PIGHIUS d. l. p. 75. 76.

Non dubito fore plerosque, qui magnam *Hi gradus obiter examinandi.* huius doctrinae partem haud exigua obscuritate inuolui, nec satis cum Philosophia nostri temporis et disciplina Iuris Naturae, prout hodie a doctis tradi solet, conuenire, sed longo ab ea interuallo distare, mecum sint iudicaturi. Licet enim duo extrema in confessio sint, et primus atque ultimus gradus in dubium vocari nequeat, vix tamen constat, qua ratione duo intermedii gradus defendi queant. Quare quidquid velex ipso Platone, vel eius sequacibus obscurae huius rei lucis affundere potero, id, quantum hoc quidem tempore, quo ne mediocrem quidem curam, et diligentiam adhibere vacat, afferam, aliis accuratiorem diligentioremque huius rei investigationem relieturus.

Ac PIGHIUS quidem d. l. p. 77. seqq. de illis ita *Pighii sententia de illis gradibus.* iudicat: „Aduertendum, duas priores species, „ sapientiam illam diuinam in se complecti, hoc „ est, cognitionem earum rerum, de quibus „

N

vix

„vix a nobis haberi scientia potest: ut sunt  
 „summa rerum principia et aeternae rationes,  
 „quas diuinias appellat Plato, qui diuinarum  
 „rerum scientiam asserit esse sapientiam ab-  
 „solutam. Ex his duabus itaque prior virgo  
 „etiamnum Themis Caeli, vel Solis filia, su-  
 „premi boni contemplationem sacratissimam  
 „praestat, Saturni aureum saeculum menti re-  
 „praesentans. Altera in rationibus circa ideas  
 „versatur et oracula diuina pandit, et nunc Iouis  
 „coniunx esse Themis dicitur, atque in eius  
 „habitare cubili, Parcasque producere, ut  
 „tradit Hesiodus. Reliquae duae species ad  
 „inferiora haec pertinent: quarum prior Ho-  
 „ras Ioui atque Mercurio Euandrum protulit,  
 „circaque rationis motum potens supra for-  
 „mas versatur, quam Plato primae Veneris  
 „appellat. Posterior in notionibus ac formis  
 „efficax, secundae Veneris Platonis, poetis  
 „Eurinome dicitur, atque Ioui Gratias gignit,  
 „generationi actibusque praefecta. Atque  
 „hae duae non diuinarum rerum, sed huma-  
 „narum scientiam docent, quam Plato pru-  
 dentiam

dentiam appellat. Harum quidem specie-,  
rum quatuor legis diuinæ claram perceptio-,  
nem atque intellectum sine diuini numinis o-,  
pe nemo poterit assequi; nemo Themidis-  
huius nostræ virtutes recte cognoscere nisi-  
a vitiis purgatus, mentem animæ nobilissi-  
mam partem lumine coelitus demisso illu-  
stratam habeat. Quamuis faculam rationis,  
nobis Deus sit largitus, qua caeteris ani-  
mantibus praestamus, quae, vt Homerus  
ait, τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ, hoc est, illud animæ cor,  
non habet. Haec sola nos aptiores reddit ad  
percipiendam deac virtutem, cui radius di-  
uini luminis si accedat, magis etiam viget,  
causas consecutionesque rerum facilius vi-  
det, celerrime multa simul agitat, similitu-  
dines transfert, disiuncta coniungit, praec-  
teritis praesentia comparando, mox futura  
simul concipit. Hinc Romanis, vt Ma-  
crobius refert, Anteuorta et Postuorta, vel,  
vt Ouidius, Porrima et Postuenta deae, quae,  
fatidicae illius Themidis, seu Carmentæ fo-  
rores ne fuerint, an comites, poeta dubitat.,

,, Fastorum libro primo,,, Haec ille: quae cum non videantur clariora, quae de gradibus ipsis tradidit, suo loco relinquo.

*A Deo bona in homines per intermedios daemonas derinari.*

Video autem Platonicos in ea esse sententia, cuncta a DEO ad quaevis minima per media quaedam deriuari, quorum vim et ideas in se continet. Vtar hanc in rem testimonio MARSILII FICINI in *Comment. ad Connivitatem Platonis Orat. 6. cap. 4.* vbi ideas, seu diuinæ mentis conceptiones, munera sua per deos et daemonas intermedios hominibus largiri statuit. Conf. IAMBlich. de *Myster. Aegypt.* Sect. 1. cap. 6. et 7. Cumque horum munerum præcipua sint septem, DEV M septem etiam diis, qui planetas mouent, horum potentiam tribuisse, ita ut singuli singula præ caeteris cipient. Illos septem daemonum ordinibus sibi subseruentibus, singulis singula exhibere; hos vero hominibus ea deinde tradere. Idem auctor in argumento Platonis Ioni, seu de furore, praemisso, in omni ordine sex gradus existere affirmat: (1) ipsum unum, rerum omnium terminum et mensuram, infinitatis et

et multitudinis expers: (2) mentem, multitudinem quidem, sed stabilem et aeternam: (3) rationem, multitudinem quidem mobilem, sed finitam: (4) opinionem, multitudinem mobilem, infinitam, sed substantia punctisque unitam: (5) Naturam similiter, nisi quid per corporis puncta diffundatur: (6) corpus, infinitam multitudinem, motui subiectam, substantia, punctis, momentisque diuisam. Iam quidquid a primo ad ultimum labitur, necessario per quatuor media cadere. Hinc animae humanae lapsum ab ipso uno omnium rerum principio per quatuor gradus intermedios perfici, eamque iisdem gradibus per quatuor furores ad DEVUM rursus euehi et retrahi.

Aliis gradibus iidem Philosophi vntuntur, *Pulchritudo rerum quatuor circulis continetur iuxta Platonem.* ut ostendant pulchritudinem esse splendorem diuinae bonitatis. Hac ratione DEVUM, seu ipsum unum et bonitatem in centro collocant; pulchritudinem vero in quatuor circulis extra centrum, assidue circa illud reuolutis, constituant, mente scilicet, anima, natura et materia, Mentem dicunt immobilem orbem, quia

tam operatio eius, quam substantia semper eadem permaneat et similiter operetur. Animam mundi et quamvis aliam, circulum mobilem esse statuunt, quod discurrendo cognoscat et temporum curriculis operetur. Naturam affirmant vim animae esse in generando locatam; materiam vero orbem ab aliо et in alio mobilem. Pulchritudinem nunc dicunt DEI radium esse, quatuor illis circulis, circa DEVM assidue reuolutis, insitum, qui omnes rerum species in illis effingat, in mente ideas, in anima rationes, in natura semina, in materia formas. vid. M, FICIN. d. l. Orat. 2, cap. 3.

*An utilitatem aliquam  
habeant gradus illi  
gradus illi  
inris?*

Clarius forte ex his intelligi poterunt gradus, quos ex eodem Ficino Pighius loco ante allegato iuri assignauit, statuens primo DEVM: deinde mentem animae mundi partem superiorem: tum partem eius inferiorem, animam: denique mentem humanam, et animam reliquarum rerum creatarum, consequenter quatuor etiam species iuris. Num hi gradus ad ius pertineant, quiduc ad eius intel-

intelligentiam faciant, aliis diiudicandum permitto. Prima species, in summa DEI mente posita, ab ordine graduum remouenda videatur, quia DEVS basis est et fundamentum reliquorum graduum, atque fons omnis iuris. Itaque primum gradum constituet mens, et sic vnuſ deficiet, nisi materiam addamus. Neque adeo sollicite de ipsis gradibus laborandum puto, quum a Philosophis declaratum non sit, qua ratione ius ſeſe habeat in duobus gradibus intermediis; vt taceam de mente et anima vniuersali nobis parum constare, ſicque doctrinam hanc non niſi iis aliquid adiumenti praebere, qui animam mundi ſtatuunt. Quatenus menti humanae ius insitum recte dicatur, cuiusuis conscientiae relinquunt. Quale vero iſtud sit. quod humana ratione excogitatum ore vel scripto tradi ſolet et proponi, notum eſt. Quid autem tres illi priores gradus huc conferant, me quidem latet, Ideas in mente diuina latentes, aeternas et immortales, nos, qui mortales ſumus et nuper nati, explicare qui audebimus? Sequentes du-

os

os gradus vel ignoramus, vel certe quid ad ius faciant, nescimus. Exploratum enim esse debet, quomodo ius a coelo tanquam ancile delapsum, formam perceptibilem adsumserit. Subsistendum ergo in quarto gradu, operaque danda ut ibi id recte intelligamus: quod si erimus adsecuti, non in minima felicitatis humana parte id ponendum.

*Est quām?* Neque tamen istam Platonis doctrinam, laude sua, qua digna est, priuabimus, aut contemnemus, sed vtilia exinde nonnulla obseruabimus, si quidem ad formam et imaginem iuris cognoscendam minus facientia, alibi tamen certe profutura. Nam recte primum Philosophi illi in gradibus istis obseruarunt, inferiores a superioribus ortos sine his stare non posse, primum vero soluni per se consistere, nec alio quodam indigere. Quamuis enim quis gradus istos non admittat, alio tamen in loco vtilis futura haec obseruatio; quum certum sit ad theoreticam iuris cognitionem non nisi per diuersa systemata perueniri, quorum vnum ab altero regatur.

Est

Est et hoc ab iisdem recte notatum, quemadmodum a superioribus et primo omnium rerum principio ad inferiora et extrema (quorum cognitione contenti esse solemus) descendimus, ita quoque ab inferioribus nos posse et debere ad summa rerum principia, ipsumque DEVM adscendere.

Nec male Pighius videtur statuere, duas priores Themides earum rerum cognitionem complecti, quarum scientia hominibus dengata. Quo propius enim a DEO quid abest, eo magis ab humana intelligentia id remotum, mentique nostrae minus peruum est. Unde et Themidem oracula pandere atque Ioui Parcas peperisse, ratione secundi gradus idem recte statuit. Recte etiam Σοματικὴν Themidem ad duos inferiores gradus pertinere dixit, ac priorem quidem Ioui Horas, Mercurio vero Euandrum peperisse: secundam vero Euriomenem dici, quae Ioui Gratias gignit, generationi actibusque praefectam: hos item posteriores rerum humanarum, priores vero diuinarum scientiam docere, Quantum tamen

O

men ad hoc, subsisto. Inest enim etiam in finimo gradui certo modo quid diuini, minimum quod diuinitatis cognitionem praebet, quia illius speculum est et totam iuris compaginem continet. Latent etiam ibi summa quaedam principia, tum theoriam, tum praxis spectantia, quae merito diuina appellamus: secus enim Iurisprudentia rerum diuinarum et humana- rum notitia non recte diceretur.

*Cognitio  
vera Iuris  
sine Deo nul-  
la est.* Ultimo loco notandum, graduum horum, vel potius perfectae iuris theoriae cognitionem, legisque diuinae verum intellectum neminem assequi posse, ut Pighii verbis utar, sine diuini Numinis ope, et nisi a vitiis atque affectibus purgatus mentem animae partem nobilissimam lumine coelitus illustratam habeat. Nam facula rationis nostrae, quam Homerus τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ, *cor rationis* sapientissime dixit, absque diuini luminis radio tantum lucis non praebet, quantum scientia haec indiger: et vinculis corporis constricta mens nescit sese a terra extollere, sed humili repens, negotiorum turba delectatur, opinionibus hominum.

minum gaudet, ea vero quae supra eam sunt, nihil ad se pertinere existimat. Hae de gradibus legis aeternae. De Anteuorta, Postuorta, Porrima et Postuenta, deabus, videatur *Seruius*. Num illae Themidis sorores, an comites fuerint, de quo OVIDIVS lib. 1. Faſtor. dubitat, nunc non disquiram. Veteres enim de diis suis et deabus varie sunt locuti, eidemque potestati varia nomina pro variis officiis atque virtutibus indidere. Nunc reliqua persequar.

Expositis igitur virtutibus et facultatibus Themidis, consequens est, ut coniugium eius consideremus. Dicitur autem illa Iouis secunda coniux, quam nuptias eius fugientem et apud Ichnas Macedoniae deprehensam in matrimonium duxit. Non praetereundum hic est, Portetas tres in primis Ioui uxores attribuisse. Primam dixerunt Metin, quae consilium denotat, quod et HESIODVS *Theogen.* vs. 886. indica, re videtur:

Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἀλοχὸν θέτο Μῆτιν  
πλέιστα θεῶν εἰδὺαν ἵδε θυγητῶν αὐθεόπων.

*Iupiter autem deorum rex primam uxorem duxit*  
*Metin*

*Plurimum ex diis edocetam et mortalibus hominibus.*

O 2

Altera

Altera Iouis coniux fingitur Themis, HESIODVS d. l. vs. 901.

Δεύτερον ἡγάγετο λιπαρὴν Θέμιν, ὥ τέκεν οὐρας.

*Postea duxit splendidam Themin, quae peperit Horas.*

Tertium eius coniugium idem describit HESIOD.  
d. l. vs. 920.

λοισθετάτην δὲ Ήρην θαλερὴν ποιήσατ' ἀκοτίν.

*Postremam vero lunonem floridam duxit uxorem.*

*Quid per  
lunem Ve-  
teres intel-  
lexerint.* Non frustra haec tria Iouis coniugia hoc ordine collocata videntur, ut primum consilium, deinde ius, denique lunonem matrimonio sibi copulasse fingatur Iupiter. Ex Veterum autem Philosophorum sententia per Iouem non intelligitur supremum Numen, ut ipsi id vocant, sed mens animae mundi, atque vis illa benefica DEI, rebus omnibus propiciens: et quemadmodum illi coelo plures tribuerunt potestates, ita et Ioui, ut hic primo sit anima sphaerae tertiae, secundo mens animae mundi, tertio voluntas benefica, omnibus prouidens, quarto Numinis adspectus ad inferiora. Sic illi. Nobis vna hic significatio sufficit, eaque generalis, qua Iouem non pro summo DEO acceperunt, sed potestate subordi-

ordinata, cuius in hoc vniuersum magna sit vis, et cui imperium mundi vna cum conseruatione et motu eius commissum'; siue ea anima mundi sit, siue alia quaedam potestas, perinde nobis est. Hanc sententiam etiam fouet Pighius *d. l.*, qui Iouem, quantum ad coniugium eius, in secunda et tertia significacione considerat. Allegoricam Iouis explicacionem tradit *Eusebius Praepar. Euangel. lib. 3. cap. 9.*

Quod itaque Ioui primam coniugem Metis pri-  
tin tribuant Poetae, haec forte ratio dari pot-  
est, quod inter coniuges arctissima sit socie-  
tas, et vna eorum virtus, facultas et potentia  
ad propagandum genus humanum. Conna-  
tam igitur, ut ita dicam, propriam et quasi  
naturalem Ioui adiungere voluerunt sociam,  
qualis est prudentia, sapientia, consilium,  
nemini certe magis conueniens, quam tali  
potestati, qualis ab illis fingitur. Huc, ni  
fallor, pertinet, quod Iouem primam coniugem deuorasse fingunt; qua re nihil aliud  
indicare voluisse videntur, quam summam

Iouis intelligentiam, summum consilium, et iudicium ιημονικὸν, et δημοσχικὸν, ac veram et perfectam sapientiam penes solum DEVUM residere, cum potestate inferiori, aut homine mortali non communicandam. Elegans hac de re est locus apud PLUTARCH, Ifid. et Osir. prmc. vbi DEVUM scientiam et prudentiam, ut sibi propriam possidere praecclare asserit.

Vnde etiam est, quod Iupiter Metin gruidam, cum Minervam esset paritura (quae deinde ex capite Iouis prodiit) ideo quoque deuorasse fingatur, ne illa potentiores aut sapientiores deum pareret, quod in fatis esset, nasciturum ex Metide, qui patre esset prudentior, vti HESIODVS d. Lvs. 887. canit:

Αλλ' ὅτε δήρ' ημέλλε θεῖαν χλαυκῶσι γ Αθήνην  
Τέξεσθαι, τότ' ἐπειτα δόλῳ Φρένας εἰχαπατήσας.

Αίμαλίωσι λόγοισιν ἐνὶ ἔγκατθετο νηδὺν

Γαῖης Φραδμοσύμησι, καὶ Οὐρανοῦ ἀστερέοντος.

Τὰς γὰρ οἱ ἐΦρασάτην ἵνα μὴ βαπτίζηδα τῷποι

Αλλος ἔχῃ, Διὸς αὐτῇ, θεῖαν αἰεγυενετάων.

Εκ γὰρ τῆς ἔμαρτο περίΦρενα τέκνα γενέσθαι.

Sed cum iam esset deam cæsis oculis Minervam

Paritura, cum denum dolis animo decepto

Blandis sermonibus in suam concidit alutum,

Telluris

*Telluris confitit, et Coeli stellati.*

*Sic enim ei consuluerunt, ne regium honorem.*

*Alius haberet Iouis loco deorum sempiternorum.*

*Ex hac enim in fatis erat prudentes liberos nasci.*

Quod autem Mineruam non naturali modo, quem reliquis diis non indignum iudicarunt, sed alio plane singulari, atque ex cerebro Iouis editam fabulati fuerint Poetae, singulare quippiam hoc ipso significari multis visum fuit.

Hanc autem fabulam L. BARLAEV<sup>s</sup> ad Variorum sententiae deMinerae ex capite Ionis nata. Theogon. Hesiodi ita explicat: prudentiam, id est Mineruam, comparari experientia, hanc vero sensibus adquiri, qui in capite sedem habent, et species rerum ad intellectum deferrant. Aliter illam exponit B. DE VERVLAMIO de Sapien. Utterum cap. 30. eaque artem significari existimat, qua reges sese aduersus consilia sua gerere soleant, vt auctoritas eorum et maiestas illibata conseruetur et apud populum augeatur. Chrysippi sententiam refert GALENV<sup>s</sup> lib. 3. de Hippocrat. et Platon. decret., artes, nempe omnes, quae ex ratione in corde consistunt, atque ortum habent, per orationem, quae

„quae ex capite egreditur, in lucem proferri;  
 „et quamuis non per os Iouis, sed e vertice  
 „eius Mineruam egressam fuisse fabulentur,  
 „non absurdum tamen id esse, quum plerae-  
 „que huiusmodi vocabulorum immutaciones  
 „alterius rei significationem p[ro]ae se ferant. Ita  
 „quidem Chrysippum pulchre et ingeniose  
 „fabulam interpretantem ad Stoicorum decre-  
 „tum eam accommodasse, quod vero in ea  
 „summum sit et praecipuum, de quo certare  
 „conuenerat, breuissime illum praeteruolas-  
 „se. Ipse autem Galenus veritati fabulam sic  
 „adaptari posse existimat, si dicamus, infe-  
 „rioribus partibus conceptam prudentiam,  
 „qui sit spiritus animalis, in capite adolesce-  
 „re et perfici, praecipue circa verticem, qua  
 „in parte medius atque idem principalis ce-  
 „rebri ventriculus sit..”

*Explicatur  
fabula.*

Non longe ab hac sententia recedit, quod  
 paulo ante de Ioue Metin deglutiente dixi,  
 et ex ipso HESIODO Theogon, vs, 899. magis con-  
 firmatur:

Λλλ' ἄρα μιν Ζεὺς πρόσθεν εἶν τε γυμάτθετο νηδὸν,  
 οὐ δῆ οἱ φεύγοντες θεὰς αγαθόν τε κακόν τε.

Sed

*Sed illam sane Iupiter ante in suum condidit ventrem,  
Ut nempe ei indicaret Dea bonumque malumque.*

Quare cum ipse Poeta hanc explicationem tradat, ab ea discedendum non est; nimirum ostendit Ioui consilium et sapientiam perpetuo adesse, nec vñquam ab eo discedere, quum sine ea nec stare, nec regi et gubernari mundus queat. Hanc itaque sapientiam solam sibi seruauit, caeterarum vero facultatum etiam alios participes esse voluit. Idem quoque ex eo confirmari videtur, quod **CALLIMACHVS** *Hymn. in Pallad. vs. 132.* Mineruam omnia paterna habere dixit:

μάνας Ζεὺς τόγε θυγατέρων  
Δᾶκεν Αθηναῖα παλαιά πάντα φέρεσθαι.

Soli Iupiter hoc ex filiabus  
Dedit Mineruae, ut paterna omnia habeat.

et Aristides Mineruam Δύναμιν τοῦ Διὸς, Iouis vim omniumque cum eo participem esse ait, notante id Viro Illustri EZ, SPANHEM. ad d. l. vbi eandem ad dextram patris sedere et Ioui proximam esse probat. Quibus addendum, quod HESIODVS *Theogon. vs. 896.* Mineruam praedicat, vt

Ιτοῦ ἔχουσαν πατρὶ μένος, τῷ επίφρενα βουλὴν.

P

Par

*Par habentem patri robur et prudens consilium.*

Euidens praeterea est, cum Veteres Ioui partum Mineruae tribuere vellent, fingere sine absurditate non potuisse, quod pepererit modo naturae conueniente. Decentius etiam erat, deam sapientiae et prudentiae, atque artium et scientiarum praesidem ex capite Louis prodisse. Artes enim et scientiae sunt opus rationis. Ex arce itaque rationis vniuersalis et diuinae, capite scilicet Louis, educenda erat Minerua, ut recte Chrysippus.

*Coniungim  
louis cum  
Themide,  
Junone Ce-  
rere, etc.* Metide ergo, ut pergamus, deuorata, Themidem, id est, Ius duxit iustus Iupiter. Nam ad totum hocce vniuersum regendum et moderandum, consilium sine iure minus aptum fuit, sine quo ne exsistere quidem regimen istud potuit, nisi id ad mundi exitium et interitum statim ab eius ortu in Iouem collatum fingamus, quod absurdum. Nam, ut PLATO de Legibus lib. 4. ait, praesens paratumque exitium huic ciuitati perspicio, in qua non leges Magistratibus, sed legibus Magistratus praesunt. Mundus autem ex sententia cice-

RONIS

RONIS lib. I. de Legib. communis deorum atque hominum est ciuitas. Themis igitur socia thori loui adiungenda fuit. Hanc louem deuorasse nullibi confictum legitur. Ius enim in omnes res creatas quasi dispersum, cum illis communicatum fuit. De Iunone, quae teritia louis vxor fingitur, et quam vim aetheream et aeream crediderunt Veteres, adeo ut Louis mentem esse dixerit Orpheus, videndus evsebivs Praepar. Euangel. lib. 3. cap. II. Praeter has, alias insuper vxores, ut est in fabulis, habuit Iupiter, Cererem, Mnemosynen et Erynomen etc. de quibus vid. HESIOD. d. l. vs. 907. seqq. Sed hae quidem ad ius non pertinent, adeoque missas eas faciamus. Id saltem monemus, satis apte fingi ex Mnemosyne, id est, memoria nouem Musas natas esse; cuius fabulae ratio percipi potest ex ORPHEI Hymno in Mnemosynen.

Sed ut ad coniugium Themidis redeam, intelligimus exinde, quod etiam antea monui, indiuiduam et perpetuam consuetudinem loui esse cum sapientia et iustitia, non quidem Jupiter  
Themidem  
latentem et  
fugientem  
sibi copulauit.

illa, quae hominibus etiam communis est, sed quam ipse solus possidet, et sortem humanam excedit. Vnde ab illorum infania, qui mundum fortuito existere, et ea-  
su potius, quam prouidentia gubernari existimant, fabulae huius auctores longe absu-  
isse patet. Cur autem Iouem non latentem solum Themidem, sed et fugientem sibi co-  
pulasse comminisci voluerint Poetæ, dubito, an idonea aliqua adsignari possit ratio. Quo enim intelligi potest modo, Themidem, quae omnibus rebus modum et formam praebet,  
quae lex naturalis, omnibusque rebus conna-  
ta celebratur, cui cuncta subiecta sunt, soci-  
etatem cum totius vniuersi moderatore repu-  
diasse? quum tamen, vti saepius dictum, si-  
ne Themide nihil ne per momentum quidem  
consistere possit, quin et ipsius Themidis po-  
testas et officium nullum esset futurum, nisi  
in societatem adscito rectore vniuersi, qui ius  
statueret.

*Quænam probabilitus huius rei?*

Probabili tamen ratione dici potest, sum-  
mam aeternæ et diuinæ legis castitatem hoc  
ipso

ipso indicari, quae ne quidem cum potestate <sup>ratio videtur.</sup> supremo Numini subordinata misceri voluerit: vel, Themidem ideo ut fugientem fangi, quod per omnes res creatas dispersa, multiplex, varia et multiformis sit, ut se se quasi ex oculis subducatur, veritasque sincera et <sup>eu</sup>aliqua, nec non modus, quo singula composita et coagmentata sunt, non nisi ab ipso loue deprehendi, et in consortium adscisci possit. Neque enim inepte dicuntur nos fugere, vel aciem oculorum effugere, quae infinitae sunt multitudinis et sublimitatis immensae, ex quibus nihil habeas, nisi totum habeas. Nam itare uera cum iure comparatum est, ut si vel unum deficiat, totum deficiat. Vel, an eam ideo profugisse dicemus, quod, ORPHEO teste, sit virgo <sup>ayn</sup>, casta? hoc quidem primum est elogium, quod Poeta illi tribuit, alterum vero, quod sit <sup>eu</sup>tarica, nobilis, vel bono patre nata. Decebat igitur Themidem, castam nobilique ex genere ortam virginem, ut fugeret potius et vetecunde renueret matrimonium, quam ut meretricio more se se consequenti offerret. Fugiebat itaque

que non animo detrectandi matrimonium, sed,  
ut est apud Virgilium,

*Et fugit ad salices, et se cupit ante videri,  
vtque se dignam ostenderet, quam ipse Iupiter  
(louem enim non pro Supremo Numine  
hic accipit supra monui) non sine labore aliquo  
obtineret.*

*Cur Themis Ichnaea dicatur?*

Latens autem ideo fingi videtur, quod ius non minus, quam ipsa diuina sapientia et veritas, qua vniuersum hoc regitur, abditum lateat, ut non nisi magno studio, multo labore ac diligentia exhibita inuestigatione pauca inueniri et deprehendi queant. Recte igitur et naturae conuenienter deprehensa dicitur Themis in locis, quibus pedum eius impressa erant vestigia: unde et Ichnaea dicta, et locus, ubi inuenta, *ναρτίξης*, id est, secundum *vestigia*, oppidumaque loco isti vicinum Ichnae appellatum, uti STRABO *Geograph.* lib. 9, et STEPHANVS *de urbibus* prodiderunt. Certum enim est, ius rebus omnibus impressum ex certis vestigiis agnosciri, maxime ab hominibus. Nec absurde etiam de loue id fingitur, cum is vestigia

stigia rebus impressa constanter et perpetuo sequi, nec unquam ab iis deflectere soleat. Vnde HESYCHIVS *ιχνίην* vult dictam Themidem ab *ιχνάσαι*, quod est *ιχνοσκοτεῖν*; per vestigia scrutari. IOANNES quoque TZETZES ad *Lycophrontis Cassandra*, Themidem Ichnaeum vocari ait, ab inseguendo per vestigia Gigantum. Ioui enim bello Giganteo viam ad hostes monstrasse dicitur, eo quod obscura et latitans iniquitas per eam recta ratione detegatur. Sed haec quidem obiter: doctioribus ea diligentius inuestiganda relinquimus.

Reliquum est, ut de liberis ex hoc The-midis et Iouis coniugio natis dispiciamus, qui dicuntur fuisse Horae et Parcae. Prius videamus de Horis, quorum nomina indicat HE-SIODVS *Theogon.* vs. 901.

Δεύτερον γύμναστο λιπαρὴν Θέμιν, ἥ τέκεν Ωρας,  
Εὔομίην τε, Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τε Φαλᾶν.  
Αἵτ' ἔργ' ὠραιουσὶ καταθυητοῖς βροτοῖσι.

*Poëta duxit splendidam Themis, quac peperit  
Horas,*

*Eunomiamque, Dicenque, et Irenen florentem:*

*Quac opera matura faciunt mortalibus hominibus.*

*Ordinem nascendi sine dubio secutus Poëta,  
Euno-*

Eunomiam primo loco collocat, quem et rerum ordo illi adsignat. Nam *euνομία* significat, *bonis legibus* rator; inde Eunomia idem quod bonae leges, aptaque earum dispositio, ordo et iustitia. Haec Eunomia aliam quam Themidem matrem habere nequit. Vnde enim bonae leges, nisi ab ipso iusti, boni et aequi praeside, quae Themis est, ipsumque iustum, bonum et aequum ut tale intuetur? Itaque hotitiam bonarum legum, non nisi a deo per Themidem hominibus datam et concessam crediderunt. Primum igitur Themidis opus est Eunomia. Ipsa enim cuncta, quae sunt, viuunt et mouentur, vniuersali, optima et sanctissima lege, per omnia fese diffundente, virtute ipsius boni conseruat et ad vnum finem dirigit, licet inter se maxime diuersa et contraria saepe videantur. Per omnes enim elementorum species disseminata, vnicuique rei creatae, aequa proportione et iusta mensura, secundum materiae qualitatem et munieris rationem, tantum tribuit, quantuni reliquorum omnium harmonia desiderabat: nec plus

plus aut minus concedit, quam quantum ad pacem et amicitiam inter omnes res creatas satis est. Atque omnes istae leges, variae, multiplices, multisque gradibus distinctae vnam constituunt Themidem, et vnum corpus legum perfectum et absolutum, cuiusmodi est disdiapason in Musica, quod dissonantias in suauissimam redigit harmoniam.

Eunomiam excipit Dice, id est, Iustitia, *Altera vel Iudicium*, quae secundum leges ipso actu *Dice.* omnia distribuit, ubi opus est, et turbata in ordinem redigit. Haec legibus vim, auctoritatem et robur conseruat, omniaque in officio continet, ne quid fines ab Eunomia constitutosegrediatur. Haec iniustitiam, iniquitatem, impietatemque hominum accusat apud louem, teste HESIODO, quem sic canentem audiare iuuabit, *Oper. et Dier. vs. 256. seqq.*

Η δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Δίὸς ἐκγεγαῖα,

Κυδρὴ τὸν αἰδοῖον θεοῖς, οἱ Ολυμπιον ἔχουσιν.

Καὶ ὁ ὄποτε ἀντιτίσει μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὄντος γαν,

Λύτικα πὰρ Διῆς πατέρι καθεζόμενη Κρονίων,

Γηρύεται αὐθεώπων ἀδικού νόον, ὅφει ἀπολίσῃ

Δῆμος αἴστασθαλίας Βασιλίων, οἱ λιγυρεῖ νοοῦντες,

Αλλῃ παρκλίγουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέπουλες.

Q

Virgo

Digitized by Google

*Virgo autem iustitia, laue praeponata,  
Augusta et veneranda diu, qui coelum habent.  
Et sorte, cum quis ipsam impie contumelia afficiens,  
Statim apud louem patrem confidens Saturnium,  
Quæritur hominum iniuitatem: ut luate  
Populus peccata regum, qui prava cogitantes  
Alio infestione ius, iniuste sententiam pronunciantes*

*Tertia Themidis filia, quae in lucem editis duabus prioribus non  
potuit non sequi. Haec Themidis virtutibus,  
quantum ius et felicitatem perfectionemque  
vniuersi attinet, maximum splendorem con-  
ciliat. Bonis enim legibus in vniuerso con-  
stitutis, secundum vniuersumque numerum,  
pondus et mensuram, iisque sartis tectis con-  
seruat, sua sponte insequitur pax et tranqui-  
litas. Hanc recte HESIODVS Theogon, vs 902,*

*dixit πεθαληγια flarentem, quia vitam, incrementum,  
pulchritudinem et ornatum cunctis tri-  
buit, fructusque pulcherrimos producit, amo-  
rem et concordiam.*

*Quam viri-  
litatem il-  
lates existimarunt Gentiles. Infinitam enim  
lae Respu-  
blicae pra-  
cent. toti vniuerso, in specie hominibus, tam in  
coetibus publicis, quam priuatis et domesti-  
cis*

cis societatibus, praefstant utilitatem. Eadem summam in republica potestatem eiusque partes et officia accurate representant. Nam Eunomia, id est, bona leges, ad potestatem pertinent Legislatoriam, quae rem publicam non minus, quam totum uniuersum recte ordinant et constituant. Dice, seu iustitia, ad potestatem spectat iudicariam, quae bonas leges a contemtu vindicat, atque efficit ne effectu destituantur. Irene, sive pax, finis est potestatis publicae, quae fructus utilitatesque ex prioribus prouenientes percipit, et felicitatem omnibus conseruat et auget. Hinc PINBARVS Olymp. 13, vs. 4. Corinthum laudaturus, eam Horatium praesentia beatam praedicat:

Ταῦ ὁλίσιαν Κόρινθον, ισθμίου  
Πρόθερον πολεοδότος, αὐγλυχόκουρον.  
Εν τῷ γὰρ Εὔνομία ναιει, καστιγνη-

ται τε, Δίκαια πολίων,

Ασφαλεῖς βάθρον, καὶ ὅμοιο-  
τερος Ειράνα, ταμίαι

Ανδράσι πλούτου, χρύσεαι  
Παιδεῖς εὐβούλου Θέμιος.

*Beatum Corinthum, Isthmii  
Vestibulum Neptuni, iucuenibus florentem.*

*In hac enim Eunomia habitat, sor-  
resque, Iustitia urbium*

Q 2

*Firmum*

*Firmum fundamentum, et iisdem moribus prædicta Pax, dispensatrices,  
Hominibus diuitiarum, aureae  
Filiae bene consulentis Themidis.*

**H**is addimus ORPHEI *Hymnum in Horas*, ut sententia eius plenius perspiciatur:

Ωραι θυγατέρες Θέμιδος καὶ Σηνὸς ἄνακτος  
Εὔνομη τε Δίκη τε καὶ Εἰρήνη πολύολβε,  
Ειαριναὶ, λειμωνιάδες, πολυάνθεμοι, ἀγναῖ,  
Παντόχροοι, πολύοδμοι ἐν ἀνθεμοειδέσι πνοιαις,  
Ωραι αἰειθαλέες, περικυκλάδες, ἡδυπρόσσωποι.  
Πεπλουσὶ ἐννύμενας δροσεροὺς κλυδώνας πολυάνθετοι.  
Περσεφόνη σύμπταιχτορες, ἥνικα μοῖραι ταῦτη  
Καὶ χάριτες κυκλίοισι, χοροῖς πρὸς Φῶς ανάγνωσι,  
Ζητὶ χαριζόμεναι, καὶ μητέρες καρποδοτεῖσην.

*Horae filiae Themidis et Iouis regis.*

*Acquintisque, iustitia quo et pax diuitias abundans,  
Vernae, pratenses, floribus abundantes, castae,  
Omnis coloris, multi odoris, in florentibus herbis:  
Horae semper virentes, circulares, suaves facies ha-  
bentes,*

*Vestes induentes roscidas, floribus delectabilibus:  
Persephonae collusores, quando Parcae illam,  
Et Gratiae circularibus choris ad lucem redu-  
cunt,*

*Ioui gratificantes, et matri fructuum datri.*

*Quod si florentissimae hae virginis inter ho-  
mines habitarent, ut de Corinthon id praedi-  
cat*

cat Pindarus, ad summam felicitatem nihil illis deesset. Sed ignem Prometheus Ioui furto abstulit, et imprudens Epimetheus Pandoram virginem accepit, causam omnis calamitatis, grauiumque curarum originem. Itaque Pudor et Nemesis, id est, Iustitia virtutesque omnes desertis hominibus ad superros migrarunt, sola spe (hanc enim ynam euolare non permisit Pandora, consilio Iouis) in fundo remanente: quam fabulam iucundam pariter et utilem pluribus exponit HESIODVS Oper. et Dier. vs. 45. et seqq. Haec de Horis, de quibus praeter alios agit PHARNYTVS de Diis cap. 29.

De Parcis.

Nunc de Parcis videamus, sed paucis, cum Pighius diligenter, quae ad eas pertinent, explicat, fabularumque nunc fere taedeat. Nam ut verba GALENI loco supra relato, mea faciam, Ego quidem id, quod Plato ipse inquit, huiuscmodi omnia fabulamenta pulchra alioqui ac iucunda, sed nimium strenui, et laboriosi, nec admodum fortunati hominis esse existimo, atque id nulla alia,

Q. 3

de

„de causa, nisi quia post hoc necesse erit Hip-  
 „pocentaurorum et Chimaerae formam ad ex-  
 „amen redigere, ac sequitur talium Gorgo-  
 „num et Pegaforum infinita series, aliorum-  
 „que incredibilium atque a ratione abhor-  
 „rentium multitudo.

*Parcae tres.* Tres autem Parcas Themidem Ioui pepo-  
 riste canit HESIODVS *Theogon.* vs. 904.

Μοῖρας δέ, οἵ τε πλείστην τιμὴν πόρο μητέρα Ζίος,  
 Κλεοδώ τε, Δάχτυλο τε, καὶ Ατροποῦ· καὶ τε διδύοις  
 Θυγατρίσιοισιν ἔχειν αἰγαλέον τε κακὸν τε.

*Parcasque,* quibus maximum honorem dedit pru-  
 dens Iupiter,

*Clothoque;* *Lachesisque;* et *Atropos:* quae dant  
*Mortalibus hominibus habere bonumque malumque.*

At idem Poeta in praecedentibus vs. 211. 216.  
 et seqq. eas ex Nocte et Erebo natas fingit;  
 cuius rei causam aliis examinanda relinquimus. Id certum ad Legem aeternam, cac-  
 teraque de quibus egimus et in sequentibus a-  
 Eturi sumus, etiam Parcas pertinere. Futura  
 enim ante denuntiare creditum fuit, uti ex  
 homero constat *Odyss. H.* vs. 197.

Πεισθεὶς ἀπόστα οἱ αἴσα καταλαθέσεις τε βαρεῖαι,

Γεινομένων ηγεαντε λίγων, ἄτε μὲν τέκει μάτηρ.

*Patiatur*

*Patiatur quaecunque ei futum Parcaeque grimes,  
Nam non nesciret filo, quando ipsam peperit mater.*

Hinc Parcae veraces et canere dicuntur. HORATIVS in Carm. Secul.

*Visque veraces cecinisse Parcae.*

OVIDIUS Trist.

*Dominæ fæti quidquid cecinere sorores.*

Hominibus item bona et mala distribuunt ac  
delicta tam hominum quam deorum perse-  
quuntur, ex sententia Mestodi d. l. vs. 219. qui  
eadem immates et atras dixit d. l. vs. 211. 217.  
HORATIVS Carm. lib. 2. Od. 8. vs. 16. *fila earum*  
*atra* vocat. Non est igitur, ut SCALIGER in  
Horatium excandesceret, quod *fila earum a-*  
*tra* dixerit, quasi propter vitae lucem *candidas*  
dixisse oportuerit. Dicuntur item *concordes*  
VIRGILIO in Polione:

*Concordes stabili facrorum nomina Parcae:*

Nomen traxerunt a pariendo, ut vult A. Nomen  
CÆLIUS Nach Attic. lib. 3. cap. 16. quasi *Partae Parcarum*,  
quia hora nativitatis boni vel mali semina ita-  
serunt. Vnde et Pindarus eas *parturientibus*  
*adficere* ait. Clotho colum gestat, Lachesis  
pensa hominibus distribuit, Atropos vitae fi-  
lum

lum abrumpit. Videntur autem Parcae singulis hominibus bona sua distribuere, Horae autem communia omnibus bona praebere. Illae fata, fortunam, et vitae terminum cuique adsignant, quae ingenio humano praeuideri nequeunt: Themis vero vniuersum ius homini quadantenus intelligibile constituit. Tres autem finguntur Parcae, quia ut PLATO *de republ.* ait, una praesens, altera praeteritum, tertia futurum tempus respicit. HESIODO dicuntur Μοῖραι et κῆραι, qui in *Theogon.* vs. 211, μόροι et κῆρα fatum nominat, quod vtrumque apud Poetas occurrit, Latini *Nenam*, *Decimam*, *Mortam* nominarunt, de quibus videndus A. GELLIUS *Noct. Attic.* d. l. conf. ARISTOTELES, lib. de mundo in fin.

*Idem Nomen variis nominibus appellarentur Gentiles.* Sed quidquid de nominibus sit, Poetas constat eidem rei tot deos praefectos constituisse, quot sunt nomina rem illam significans. Sic enim Μοῖρας habent et κῆρας, μόροι et κῆρα idem ωτεύας, φόνοις, μαχαῖς, ἀδεονταῖς, πριγναῖς, cædes, prælia et strages virorum, quas tanquam filias Contentionis Hesiodus coniunxit *Theogon.*

gon. vs. 218. Eodem modo Thémis cum sex filiabus, Nemesi, Astraea, Termino, Adastria etc., vnam denotat potestatem generalem cum speciebus suis in varia officia distinctis, quod ex iis, quae de Termino dicemus, clarius elucesceret. Plura, quae huc pertinent, dicam alias, si opus videbitur, et

*Tὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς.*

*Γε ταντάλου λίθον πάρα πιστό.*

*τρεψεν ἄμμη θέδε.*

*Supra caput impendens*

*Tantali saxum aliquis a-*

*uerteret nobis deus.*

Hac occasione ad Astracam transeamus, *De Astraea Virgine.* quae et ipsa dea legum et iustitiae habita fuit, et an haec eadem, an alia et diversa a Themide sit, dispiciamus. Genus et parentes eius incerti sunt. Nonnulli eam Astraei, Titanis et Terrae filii (licet aliter sentiat HESIODVS in *Theogon.* vs. 375.) Principis iustissimi filiam ex Aurora suscepit existimant: alii a Ioue et Aurora natam statuunt: alii ex Ioue et Themide editam censem.

ARATVS in *Phoenomenis* vs. 98. locum eius in coelo describens *Virginem* eam vocat, et

R

incer-

incertum ait, fueritne Astraei, an alterius cuius-dam proles.

Εἴτ' οὖν Λοτραιού καίνη γένος ( ὃν πά τε Φασιγ  
Λοτρῶν αὐχαίων πατέρ̄ ἔμινεν ) ἕπεται τεν ἄλλου  
Εὔκελος Φορούσῃ.

*Sicne igitur Astraei illa proles (quem utique ferunt  
Astrorum primaeuorum patrem esse) sicne cuiuspiam  
alium*

*Secura versetur.*

SCHOLIASTES Arati variam Veterum de hac Vir-gine sententiam esse notat, aliis eam a Ioue genitam, aliis Astraei et Dici filiam existiman-tibus, ideoque Poetam id in medio reliquis-se. Ut probabiliora sequamur, Iouis et The-midis filia habenda videtur, et quidem ipsa illa Dice, seu Iustitia, quam inter illorum fi-lias Hesiodus collecat. Diserte enim ARATVS d. l. vs. 105. eam Dicen vocatam afferit,

καὶ εἰ Δίκην καλέσογεν.

*Atque ipsam Iustitiam vocabere.*

et HESIODVS in Theog. vs. 378. Astraeum (quem magnum vocat) ex Aurora Ventos et Astra procreasse, Dicen vero ex Ioue genus duce-re refert.

Iucundam non minus, quam utilem de  
Astraea

Astraea fabulam, Aratus magnifice, et, ut Scholia <sup>Astraea ex</sup>  
*Arato.*  
 Scholia eius iudicat, stylo Homerico, ce-  
 lebrauit, quae ita se habet: Quum aureum ho-  
 minum genus terram incoleret, Astraeam ait  
 inter homines versatam, nec virorum nec fo-  
 minarum coetus vñquam fugisse, quod o-  
 mnes iusti essent, iusteque viuerent: senes  
 ram in foro, quam in viis congregasse leges-  
 que ciuiles, et, ut Scholia addit, iustiti-  
 ram aliasque virtutes docuisse. Homines eo  
 tempore ignaros litium et disceptationum fo-  
 rensum, ab omni seditione alienos, nec mer-  
 caturae, sed agriculturae solum deditos, ma-  
 nuumque labore victum sibi quaerentes sim-  
 pliciter vixisse. His Astraeam dominam et  
 reginam populorum atque datricem iustorum  
 omnia copiose subministrasse, ac tamdiu in-  
 ter homines mansisse, quamdiu aureum illud  
 genus hominum viueret. Argenteo seculo  
 infuscuto, nec blande nec frequenter cum ho-  
 minibus conuersatam habitatse in montibus,  
 et post crepusculum, cum nemo illam videret,  
 solitariam (id est, ut Scholia explicat, v-

no tantum viro comitaram, qui prauitatem generis sui exuisset) in vrbes veniste, malitia. amque eorum subinde increpasse, hoc addito, se non amplius apparituram, licet roga- tam: aureos enim patres sobolem reliquiss peiorem, quae et ipsa deteriores editura sit li- beros. Aenea igitur aetate, cum perniciosi- ores homines natū essent; qui primi gladios fabricarunt, bouesque operarios comedere co- perint, Astraeam, exosam eiusmodi hominum genus, in coelum euolasse, eamque occupas- se regionem, vbi noctu adhuc cernitur pro- pe Bootem, spicam manu gerens, quod ami- ca fuerit agriculturae, hominesque negotio- rum expertes viuere voluerit. Versus Arati, quia prolixiores, subiicere non lubet.

*Videtur  
esse filia  
Themidis.*

Vt sensum istius figmenti exponam, haud opus: manifestior enim est, quam ut inter- prete egeat. Id saltē obiter moneo, non es- se Astraeam eandem cum Themide, utpote huius filiam. Nam Aratus d. aliquoties eam vocat *Iustitiam* et *Virginem*. Iustitia vero, vt supra ostensum, Louis et Themidis filia fuit.

Idem

Idem adserit HESIODVS Op. et Dier. vs. 256. et sequentibus supra relatis.

Cur *Virgo* vocetur exponam verbis Chrysippi latine redditis, quae A. GELLIUS N. A. lib. 14. c. 4. graece exhibet; „Dicitur autem virgo, ut hoc symbolo ostendatur eam incorruptam esse, improbis nunquam concedere, non admittere orationem suauem, non deprecationem, non adulationem, non denique quidquam aliud tale. Quas ob res merito etiam tristis pingitur ac contracta fronte, adspectu contento et toruo, ut iniustis terrorem incutiat, iustis fiduciam praebeat, cum huiusmodi facies iustis grata, iniustis molesta sit. Ex imaginis huius significacione Chrysippus intelligi vult, notante id Gellio, iudicem, qui iustitiae antistes (vel ut VLP ANVS in l. 1. S. i. de Iust. et Iur. Iustitiae Sacerdos) est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem atque inexorablem erectumque et arduum ac potentem, vi et maiestate aequitatis veritatisque terrificum.

*Alice quo-* Differre etiam Thēmis, *in omne virgo;*  
*que Astraea Nobilis acuum,* ab Astraea videtur in eo, quod  
*a Themis.* de differre illa sit Praeses vniuersi iuris per totum mun-  
*videtur.*

dum disseminati, quod vinculis suis totam  
 molem constringere et continere Veteres cre-  
 diderunt: Astraea vero inuentrix videatur iusti-  
 tiae humanae, legumque quibus homines in  
 vita ciuili beate et tranquille viuenda indi-  
 gent. Vnde nec vaticinia, nec reliqua, quaes  
 Themidi supra competere diximus, illi tribu-  
 untur, sed istud solum, quod coetus homi-  
 num iustorum lubens frequentauerit, malo-  
 rum vero consortio ne vocata quidem inter-  
 esse voluerit, solitariam vitam in montibus  
 agens.

*Astracan* Nonnulli ex Veteribus Astracam cum  
*cum Fortu-* cum Fortuna eandem esse existimant. Alii For-  
*na eandem* tunam ei vel successisse, vel Astracam in For-  
*esse aliqui* tunam mutatam adfirmant: qua de re viden-  
*indicarunt.* dus DAN. HEINSIVS in Hesiod. Op. et Dies, cap. 15.  
 Mihi quidem Astracam illos aliter accepisse in-  
 de probabile fit, quod ab astris fortunam ho-  
 minis pendere crediderint.

His,

His, quae Aratus de Astraea Virgine narrat, similia plane refert HESIODVS de Pudore et Nemesi, quas quinta eaque ferrea hominum aetate relicta terra ad deos migrasse canit  
*Oper. et Dier. vs. 197.*

Καὶ τότε δὴ πρὸς ὅλυμπον ἀπὸ χθονὸς ἐνυωδέης,  
 Λευκοῖσιν Φαρέσσοις καλυψαμένω χρόα καλὸν,  
 Αθανάτων μετὰ Φῦλ' ἵτην, προλιπόντ' ἀνθρώπους.  
 Λίδως καὶ Νέμεσις. τα δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρά  
 Θυηλοῖς ἀνθρώποισι. πακεῦ δὲ οὐκ ἔστειλας ἀλλαχ.

*Tum demum ad coelum a terra spatiofa,  
 Candidis vestibus tellae corpus pulchrum,  
 Ad deos ibant, relictis hominibus.  
 Pudor et Nemesis. Relinquentur autem dolores gra-*

*Mortalibus hominibus. Mali vero non erit remedium.*

Hoc in loco Nemesis pro Iustitia positam manifestum est ex versu praecedente 193.

διηρ δὲ εἰς χερσὸν καὶ αἰδὼς  
 οὐκ ἴσται.

*Iustitia vero in manibus et pudor  
 Non erit.*

Fuit enim Nemesis iustitiae praeses. Nec ad sentior Eustathio Grammatico, quem citat i. CLERICVS ad dict. vs. 193. statuenti Nemesis hic dici correlate ad Pudorem, quod pudor sit atten-

attentio orta ob Nemesis, seu castigationem:  
*Nemesis* vero vituperatio ab aliquo, quem re-  
 ueremur, profecta. Similis quippe relatio in-  
 ter iustitiam et pudorem nullo negotio e-  
 uidenter statui potest. Neque illa cogit ne-  
 cessitas, vt pudorem hic intelligamus, qui  
 ex increpatione alterius oritur. Neque ab-  
 surde Proclum opinor *Nemesis* interpretari,  
*Angelum Iustitiae*, quamuis eum hoc nomine  
 reprehendat i. CLERICVS ad THEOG. Hesiod. vs.  
 223. Nec errabimus, si iustitiam seculo fer-  
 reo ad deos migrasse Hesiodum dixisse, adfir-  
 memus, idem quippe dixit Aratus, vt vidi-  
 mus, quem fabulam de *Astraca* ex isto Hesi-  
 odi loco desumisse Scholia stes autumat. Eo-  
 dem modo IVVENALIS Sat. 6. vs. 19:

*Panlatim deinde ad superos Astraca recessit.*

Vetus Glossarium H. Stephani; *Astraca*, πάρε-  
 βος, δικαιωσύνη, ὡς ιευθεράλιος. Mentem Hesiodi  
 exprimere etiam videtur OVIDIUS lib. 1. Metam.  
 vs. 149, de tertia hominum aetata canens:

*Victa iacet Pietas, et Virgo facie madentes*

*Vltima coelestum terras Astraca reliquit.*

vbi

vbi *Pictas* respicit ad *Aidæ*, quod est *pudor*, *reuerentia*, vel *pictas* et *Astraca* idem quod *Iustitia*, vel *Nemesis*. *CATVELVS* in *Epithal. Pelei et Thet.* vs. 405. pro *Iustitia* substituit *iustificam Deorum* mentem:  
*Omnia fanda, nefanda, malo permissa furore,*  
*Iustificam nobis mentem auertere deorum.*

De Nemesi (quae et *Adrastia*) si omnia persequi vellem, infinitus esset labor, nec fabularum finis. πάγτων δὲ κόρος ἐστιν. Conferendi Orphhei Hymni in Dicen, Nemesin et Iustitiam, ex iisque iudicandum, quid inter has intersit.

Non possum tamen, antequam huic *Themidis et filiarum simulacra in Lepide Terminali, a Pighio exhibita.* *mentationi* fine in imponam, quin *Themi-* dem in forma *Termini* a Veteribus, ut qui- dem censet Steph. Pighius libro saepius lauda-to, exhibitam, diligentius contempler. For-mam eius, quam ille penes Rudolfum Pium Cardinalem Carpensem se vidisse affirmat, sic describit: „Erat autem *Terminus* sesquipe-dali fere altitudine ex Pario marmore artifi-ce manu sculptus. Eius caput muliebris de-cora atque honesta facie, crinibus a fronte et occipitio vitta in nodum collectis, ita ta-

S

men

„men vt duo longiores cincinni apte per hu-  
„meros defluerent. Reliquum corpus iusta  
„proportione quadratum, aequilateram, vt  
„Termini solent, columnam paribus an-  
„gulis efficit: quam tres semiplanae imagun-  
„culae puellares, eiusdem habitus et statura, in  
„imo coronant, ita vt prima dextrum latus  
„tegat, altera medium frontispicium, tertia  
„sinistrum.

*An simula-  
era illa  
fuerint v.c.  
neris et  
Gratia-  
rum?*

Existimarent nonnulli id Veneris et tri-  
um Gratiarum esse simulacrum. At Pighius  
cum A. Augustino hoc Themidem eiusque fi-  
lias Horas repraesentare opinatur, quod tres  
illae imagunculae non nudae, sed stolatae  
cernantur. Quamuis autem haec ratio Pighii  
non videatur sola probare, quod ille intendit,  
quia antiquissimus temporibus etiam Gratiae  
cum vestibus tam singi, quam pingi solitaefue-  
runt, teste PAVSANIA lib. 9. c. 35. cuius verba haec  
sunt: Οστις δὲ ἦν ἀνθρώπων γυμνὰς πρῶτος χάριτας ἦτοι πλάσας  
ἢ γεφῆ μηνγάμενος, οὐχ εἰών τε ἐγένετο παθέσθαι με. ἐπειδὴ γε  
αρχαιτεραὶ ἰχνός ταὶς θηταῖς οἱ τε πλάσται καὶ κατὰ ταῦτα ἐ-  
πείσεν οἱ γένεροι. *At qui primus Gratias vel finxit  
rit*

*rit nudas, vel pingendo nudas ostenderit, nusquam comperi.* Apud priscos enim homines cum vestimento eas tam a factoribus quam a pictoribus factas esse. Ipse etiam Pighius a Nicolao Florentio hac de re admonitus epistola quadam sic se purgauit, ut appareat eum sese extricare non potuisse, notante G. I. VOSSIO *de Physiol. Christian. lib. 9. cap. 32.* Certum tamen est, et Veneri et Themidi simulacrum istud conuenire, quod et Vossius *d. l.* statuit; imo, nostroquidem iudicio, melius Themidi, quam Veneti conuenit; id quod ea, quae in sequentibus dicemus, forte probabunt.

Primum itaque videamus, quid Veteres *Quid Veteres res hoc signo indicare voluerint, et qua mente Themidem statuerint Terminum. Sententia Pighii haec est: „Signum hoc demoni strare, ultra quam fas sit, diuinitatis conditio, nonem inquirere non permisum, certosque fines a Deo propositos esse, quos etiam Numen inferiorum potentissimis egredi datum non sit: tanto magis nos tale quid ut concernit, ingenii nostri confidentia, sacros.*

„que terminos vt transgrediamur , omnino  
 „nefas, temerarium atque impium fore. Ne-  
 „que hoc fugere sagacem antiquitatem, quae  
 „nobis complurium deorum terminos idcirco  
 „prodiderit, variisque fabellis vulgus a diuni-  
 „tatis curiosa nimis inquisitione detergere vo-  
 „luerit : eoque spectare, quae de Gigantum,  
 „Promethei, Ixionis Tantalique apud inferos  
 „paenit legimus. Sic ille.

Id quod pluribus explicatur in seq.  
 Mihi haec res ita explicari posse videtur;  
 Gentiles, quum inteligerent omnes res crea-  
 tas finitas esse, certisque limitibus circumscri-  
 ptas, atque ita initium et finem habere, diui-  
 na quadam vi illis tributa , vnamquamque  
 vim maiorem , quae sine Deo (vt cicerone  
 Nat. deor. loquitur) regi non posset, deum ap-  
 pellarunt. Hinc Iano deo initium rerum tri-  
 buerunt, Terminum vero, quem fingebant  
 barbata facie , manibus pedibusque truncum,  
 itidem inter deos referendum existimarunt,  
 vt fines atque limites rerum quarumcunque  
 illi sacri esent. Themideim itaque ut Termi-  
 num concipere recte possumus, quia secun-  
 dum

dum legem aeternam et immutabilem non solum totum vniuersum, vt toties diximus, terminis ac numeris constat; iisdemque legibus et rationibus conseruatur. atque sustinetur, sed et singulae eius partes, siue sint quatuor illa *quaternata*, seu elementa, siue aliae res compositae, animatae et inanimatae, limitibus suis continentur. Thenis itaque videri potest Terminus rerum omnium intellectualis: idque primum et praecipuum est, quod de illa intelligere nos posse existimo.

Huc spectant, ni fallor, *versus HORATTI* *versus Horati explicanar.*  
in carmine seculari;

*I'oque veraces cecinisse Pareat,*

*Quod semel dictum est, stabilitaque rerum*

*Terminus fertur, bona iam peractis*

*languit fata.*

**Vir Clarissimus R. BENTLEIVS ad verba, *stabili-*  
*que rerum terminus fertur, minime mirandum*  
*esse notat et veteres et nouos Interpretes in*  
*hoc loco cespitasse.* Quocunque enim quis  
*se vertat, nullum exitum inueniri, adeo ma-*  
*gnis vndeique difficultatibus obfessam et cir-***

cum uallatum haereto sententiam... Sic autem locum emendandum censet, quod semel dictum, stabilis per acuum Terminus seruet, vel, quod simil dictum est, stabilis per acuum etc. Latinis enim sermonis rationem poscere, ut post co-  
oinisse quod, sequatur subiunctiuus seruet, vel  
ut pro semel scribatur simul, pro simili atque  
Vulgatum porro istud, stabilis rerum Terminus,  
alienum ab auctoris mente sensum parere,  
quia terminus rerum sit extremitas rerum, ut  
apud SENECA. Hercule. fur. vs. 290, quo nihil in-  
sufficius singuli hic possit. Terminum enim apud  
Horatium non ultimum et extremum significare,  
sed fixum et immobile. Sic quippe Termi-  
num saepe absolute poni. Reponit ergo Vir  
ille Clarissimus per acuum, quod hic loquendi  
modus sit optimis scriptoribus familiaris, id-  
que multis exemplis probat.

Ne quid tamen dissimilem, vulgatau-  
lectionem retinendam mihi video, ut ta-  
men laudi, quae ingeniosae Viri doctissi-  
mi emendationi debetur, nihil detractum ve-  
lim. Terminus enim ibi non accipiendus pro  
ultimo

ultimo et extremo rerum omnium: insulsum  
quippe est, vt recte Vir clarissimus iudicat,  
si dicamus, *Rerum extremitas seruat effata Par-*  
*carum*; sed *Terminus* dicto loco deum signifi-  
cat, vti probant cum ea, quae de Termino dixi-  
mus, tum quod ille Parcis iungatur veracibus:  
vt sensus sit, quod semel a Ioue (vel Parcis)  
dictum et sanctum est de Romani Imperii ac-  
ternitate et felicitate, id Parcae et Terminus  
atque ordo rerum stabilis immutabili necessi-  
tate seruet. *Terminus* enim iustitiae, fidei, pacis  
(vid. versus Ouidii infra citandos) et amicitiae  
custos, sicut ipsa Themis et ex eadem ratio-  
ne, dictus fuit: quia fines et terminos rerum le-  
ge aeternia constitutos crediderunt veteres. *Vn-*  
*de seneCA ep. 94. a Clariss. Bentleio allegatus, sa-*  
*pientia*, inquit, *rerum terminos nouit*, id est, fi-  
nes et naturam rerum: et *LYCRETIVS lib. 1. p.*  
*m. 3. Terminum per finitam potestatem exponit.*  
Cum enim dixisset mortalem hominem men-  
te peragrasse immensum omne, addit eum  
nobis retulisse:

- - - - *quid posse oriri,*

*Quid*

*Quid nequeat; finita potestas denique omnia*

*Quoniam sit ratione; utque alte terminus hanc erat;*

*quae repetit lib. s. p. 51.*

Recte quoque Horatius ait, *quod semel di-*  
*ctum est.* Nam sicuti vox illa usurpatur de iis,  
*quae physice et per naturam non possunt re-*  
*peti,* ita quoque de iis, *quae Numinis vera-*  
*citate et potentia facta sunt irrevocabilia, ut*  
*in illo OVIDII, epistol. 5. vs. 103.*

*Nulla reparabilis arte*

*Læsa pudicitia est: deperit illa semel.*

*et HORATII lib. 1. Carm. Od. 28. vs. 16.*

*Et calcando semel via leti.*

*vid. lib. 1. Carm. 24. vs. 16. et lib. 3. Od. 29. vs. 48.*

Nec inepte quis dixerit, Poetam ad fabulam  
 de Termino, quam ex Seruio in sequentibus  
 referemus, hic respicere. Quid quod sensus,  
 quem pareret illud simul atque, τῷ semel vel in-  
 cludatur, vel certe exinde sequatur? Diserte  
 HOMERVS Iliad. 1. vs. 525.

Εἰδ' ἄγε τοι κεφαλῆ καταγένομασ, ὅφρα πεποίθης.

Τοῦτο γάρ εἴδε μέθεν γε μετ' αἴθανάτοισι ρέγυστον

Τέκμηρ. οὐ γάρ ἐμὲν παλαίγρετον, οὐδὲ αἴπατηλὸν,

Οὐδὲ αἰτεῖστήλον γ', ὅ, τι κὲν κεφαλῆ καταγένοι.

*Quin ageris capite annuat, ut confidas.*

*Hoc enim a me cum immortabilibus maximum*

*Signum*

*Signum: non enim meum revocabile, neque dolosum,*

*Neque sine fine, quodcumque capite annuam.*

Sic itaque Themis est Terminus rerum *Themidis* intellectualis: ac proinde simulacrum eius pro *termino corporeo et visibili in rebus soli et a-* <sup>*imago in la-*</sup> <sup>*pide Ter-*</sup> <sup>*minali.*</sup> gris haberi et statui poterat et debebat, vbi usus illius maximus est. Themidem enim, vel Iustitiam, non urbibus solum praeesse, sed et agris et agricultura delectari, supra ostendimus. Imo Terminis dominia rerum distinguuntur et sancte custodiri, quam maxime necessarium, sicuti eos mutare et tollere iniustum et impium est. Itaque Themidi cura eorum atque custodia merito tributa, ut metu numinis eo inviolabiliores essent. Pulchre  
*OVIDIVS lib. 2, Fastor. vs. 659.*

*Tu populos, urbesque, et regna ingentia finis:*

*Omnis erit sine te litigiosus ager.*

*Nulla tibi ambitio est: nullo corruumperis auro.*

*Legitima seruas credita rurafide.*

et paulo post:

*Termino, post illud levitas tibi libera non est.*

*Qua posatus fueris in statione mane.*

*Nec tu vicino quidquam concede roganti;*

*Ne videare hominem praeposuisse lous.*

*Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,  
Clamato: Meus est hic ager, ille tuus.*

*Sacra Ter-  
minalia.* Terminus vero apud Veteres non solum lapis, sed et stipes erat. Sic enim OVIDIUS d. l. vs. 641.

*Termine sine lapis, sine es defossus in agro  
Stipes, ab antiquis sic quoque numen habes.*

Primus ex Romanis Terminum coluisse dicitur Numa Pompilius. Festa vocabantur Terminalia et 7, vel, ut alii, 9. Kalendis Martiis celebrabantur, dicta a Termino, vel quod dies extremus anni constitutus esset. Apud veteres enim Romanos tertius et vigesimus dies Februarii ultimus totius anni habitus fuit. Ritus exponit OVIDIUS d. l. qui videndus; Numa quidem animalia Termino immolare vexit, quia, quum pacis sit praeses et iustitiae arbiter, caede purus esse debeat, teste PLUTARCHO in *Quaest. Rom.* et in *Numa*, pag. 70. Itaque tunc temporis offerebantur solum liba Cerealia: postea vero agni, HORAT. *Epod. Od. 2.* et porcae lactentes, OVIDIUS d. l. Publica sacra Termino celebrabantur sexto ab urbe lapide

pide in via, qua Laurentum itur, inter viam Hostiensem et Appiam, OVID. d.l. vs. 679. quia ibi antiqui agri Romani fines erant, Priuata siebant in agris priuatorum supra terminos.

Templum habuit iuxta aedem Iouis in <sup>Terminus</sup>  
Capitolio, de quo Rōmani aliam fabulam ex- <sup>templum in</sup>  
cogitarunt, quam adscribam, quia ad firmi- <sup>Capitolio.</sup>  
tatem et immutabilitatem non solum Termi-  
norū, sed et iuris ac iustitiae demonstran-  
dam pertinere videtur. Breuiter eam refert  
OVIDIUS d.l. LIVIUS lib. 5. cap. 54. FLORVS lib. 1. cap.  
7. aliique. Exponam eam verbis SERVII ad Vir-  
gil. Aeneid. lib. 9. v. 446. p. m. 575. quae ita se ha-  
bent. „In vrbe Roma Iouis templum non fu-  
it, quod cum iam deuotum a Prisco Tarqui-  
nio vellet Superbus Tarquinius aedicare, coe-  
pit auguriis captare, qui mons huic templo  
esset aptissimus. Et cum in omnibus Tarpe-  
ius esset inuentus (in quo multi erant diuer-  
forum numinum sacella) actum est, ut exin-  
de ad alia templa numina euocarentur sacrifi-  
ciis, quo posset libere et sine piaculo tem-  
plum Iouis aedicare. Cumque omnes dii,

„libenter inde migraſſent, Terminus ſolus, hoc  
 „eſt, limitum deus, deſcendere noluit, ſed il-  
 „lic remanit. Tum de hoc iро ſacrificatum  
 „eſt et deprehenſum, quod Terminus cum  
 „Ioue remanens aeternum vrbi imperium cum  
 „religione ſignificaret. Vnde in Capitolio pro-  
 „na pars tecti patet, quac lapidem iро ſum Ter-  
 „mini ſpectat. Nam Termino non niſi ſub diuo  
 „ſacrificabatur. Hinc ergo nunc dixit Virgi-  
 „lius, Capitoli immobile ſaxum Accolet, quia  
 „Terminus non eſt reuulsus de loco.„ Haec  
 ille, Notum eſt iura naturalia eſſe immutabi-  
 lia, adeo ut nec DEVS hoc rerum ſtatu illud  
 mutare velit aut poſſit.

*Themidi  
numerum  
quaterna-  
rium con-  
uenire.*

Quod ſi igitur formiam Termini quadra-  
 tam ſpectemus, non eſt, ut eam ad ſolam  
 Themidi pertinere ſtatuamus. Nam figu-  
 ram quadratam etiam Rheae, Veneris, Ce-  
 reris et Vestae tribuisse Pythagoricos, refert  
 PLVTARCHVS in Iſid. p. 36. Arcades etiam, quos  
 figura quadrata delectatos ſcribit P A V S A N I A S  
 Arcad. cap. 48. variis diis eam conſecrasſe idem  
 tradit cap. 31. et duobus ſequentibus. Fuit et  
 quater-

quaternarius numerus olim Mercurio sacer, tum quia primus in Aegypto sedecim litteras inuenierit (quibus deinde quatuor a Palamede, et quatuor a Simonide fuerunt additae) tum etiam, quod Mercurius quarto die mensis natus sit, teste PLUTARCHO *in Symposio lib. 9. q. 3.* Negari tamen nequit secundum doctrinam Graecorum de numeris traditam, qua conuentiam quandam rerum spiritualium, seu incorporalium, cum numeris et aliis rebus corporalibus ostendere, illarumque naturam exinde explicare annixi sunt, Themidi numerum quaternarium quam maxime convenire.

Legem enim aeternam dixerunt vel ipsam *Ei quan-*  
*mentem opificem esse ipsamque voluntatem* *do.*  
*diuinam, veletiam actionem Dei eodem sem-*  
*per modo se habentem, perpetuaque et immu-*  
*tabili ratione diuina genera et res omnes pro-*  
*ducentem, vid. HIEROCLES ad aur. Carm. Pythag.*  
*p. m. 23. 28.* Legem hanc in essentia rerum po-  
 sitam indicari ex eo, quod in earum natura sit  
 superius et inferius: ordinem vna cum earum  
 recta constitutione et *euταξία* natum esse; or-

dinata enim omnia podiisse, non vero fortuito ab initio edita, deinde discreta esse et separata, *Idem d. l. pag. 19.* quia Deus numerus numerorum celebretur. Omnia enim, quae sunt, Dei consiliis sempiternis subsistere, ergo et numerum in quaunque specie rerum, a causa earum pendere, ibique primum numerum reperiri: denarium, interuallum numeri finitum esse. Qui enim ultra numerare veline, eos necesse esse ad unum, duo et reliqua retrogredi: vim vero denarii consistere in quaternatio per compositionem numerorum ab uno ad quaternarium productum: quaternario propriam esse soliditatem: primam pyramidem in quaternario conspicere: quatuor praeterea dari facultates iudicandi, mentem, scientiam, opinionem et sensum; unde et animo eum numerum tribuerunt: quidquid existit, id omne quaternarium colligare in clementis, numeris et aliis, nihilque esse, quod non ab eo, tanquam radice et principio originem trahat, atque, ita quaternarium omnium opificem et causam esse,

esse, etiam deorum, coelestium et sensibili-  
lum.

Inuentor eius dicitur Pythagoras, vti <sup>Inuentor</sup>  
habent versus ex aureis Pythagoricorum car- <sup>quaternarii</sup>  
minibus: <sup>Pythagoras</sup> <sup>perhibetur.</sup>

Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾶ παραδόντα τετρακτὺν  
παγὰν δίνειντον Φύσις. αλλ᾽ ἔρχον ἐπ᾽ ἔργον.

*Per eum (iuro) qui nostrae animae tradidit quater-  
narium,*

*Fontem naturae perpetuo fluentis: sed veni ad opus.*

Horum sensum in dubium vocavit SELDENVS  
*de Diis Syris Syntagm. 2. c. I.* Aliter illi quoque  
leguntur apud PLVTARCHVM *de Philosoph. decret.*  
*lib. I. cap. 3.* et MACROBIUM *in Somn. Scipion.* hunc  
in modum:

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾶ παραδόντα τετρακτὺν  
παγὰν δίνειντον Φύσις πιζώματ᾽ ἔχουσαν.

Itaque de lectione et sensu horum verborum  
pauca praemittam, vt reliqua, quae dicenda  
supersunt, addere et finem huic commentati-  
oni imponere queam.

Quod igitur lectionem istius loci attinet, *De lectio-*  
quam priore loco exhibuimus, ea vsus est Hi-  
erocles, qui verba et sensum, in primis iura-  
mentum, non negatiue (vti quidem Plutar-  
chus

*ne vera  
versum in  
Carm. aur.  
Pythag.*

chus habet) sed affirmatiue conceptum expli-  
cat, inquiens, *Auctorem carminum adhibito iura-  
mento theologari, coque ad confirmationem dogma-  
tum vti.* Iam vero si post vocem φύσεως admit-  
tere cum Plutarcho velimus, quae ille addit,  
πιξώματ' ἔχουσαν, sequentium versuum ordinem  
et sensum turbabimus. Inserenda enim quae-  
dam erunt, ut verba haec ἀλλ' ἔρχου ἐπ' ἔργον, quae  
abesse nequeunt, locum suum in contextu et  
serie versuum tueantur. Quare cum discipuli  
Pythagorae quidpiam negaturi, verba, οὐ μάταιρα  
ἀμετέρα etc. sermone vulgari protulerint, Plu-  
tarthus verba iuramenti, prout in usu quotidi-  
ano erant, referre forte voluit.

Confirmabo haec, quae dixi, testimonio  
IAMBЛИЧИ de Vit. Pythag. Segm. 150, et 162. vbi v-  
triusque iuramenti affirmatiui et negatiui for-  
mulam recitat, ita tamen ut neutra aut no-  
stra, quam ex Hierocle retulimus, aut illi,  
quam Plutarchus habet, conueniat, et facile  
intelligi possit, num certa lectio in antiquo-  
rum scriptis statui semper queat, Formula af-  
firmantium haec est:

Nā

Ναὶ μὲν τὸν ἀμετέρης σοφίας ἐφύγοντα τετρακήλιν  
Παγάν αἰννάου Φύσεως ρίζωμάτ' ἔχουσα.

Formulam negatiuis verbis conceptam hanc  
refert:

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρη γενεὴ παραδότα τετρακτὺν  
Παγάν αἰννάου Φύσεως ρίζωμάτ' ἔχουσαν.

Quin, meo iudicio, verba haec ρίζωμάτ' ἔχουσαν  
praeter mentem scribentis adiecta videntur.  
Nam quae praecedunt παγάν αἰννάου Φύσεως satis  
declarant mentem auctoris carminis. Quod si  
enim tetractys est fons omnium rerum et na-  
turae fluentis, quatuor certe elementa, quae  
per ρίζωμα intelliguntur, teste Plutarcho *diel.*  
*lib. I.* radices in fonte suo habere, addere super-  
fluum erat.

Quantum ad sensum versuum existimat *sensus ver-*  
quidem Seldenus eos non bene ita verti, *Non* <sup>suum illo-</sup>  
*per oīm, qui dat animae nostrae quaternarium na-* *rum quis*  
*merum: sed ita, Non per tetractyn, seu quater-*  
*narium, qui animae nostrae fontem dedit, in quo*  
*perennis naturae, sine aeternitatis, fundamenta, aut*  
*aeternae naturae radices, id est, non per univer-*  
*si Creatorem. Sed huic versioni vehementer*  
*repugnat, quod Graeci, quibus utique hac in*

re credendum, tradant Pythagoricos non per tetractyn, sed Pythagoram iurasse. Testis est Hierocles ad dictum locum: *Decet, inquit, Magistro veritatis tantum honoris tribui, ut etiam per ipsum iuretur, si quando ad placitorum confirmationem opus sit, nec tantum ipse dixit, de eo usurpare, sed quod ista ita se habent, per ipsum iurare, οὐ τὸν αὐτὸν.* Hierocli addendus **SEXTVS EMPIRICVS contra Mathemat. c. 20.** aliique.

*Qui probatur.*

Atque haec verbis ipsis ante citatis conueniunt, quia τὸν ibi legitur, quod ad παραδότη pertinet, non vero τὴν, vt ad τεργάντην referri possit. Vedit id Seldenus, et vt dubium tolleret, ait Gentiles sexum deorum confundisse, eosque ἀρρυνοθύλεις dixisse. Quamuis autem id, vt supra diximus, negari nequeat, ab hoc tamen loco et tetracty, de qua agimus, alienum plane videtur. Quamuis etiam ex HESYCHIO voc. TETRACTYS et PLUTARCHO de placit. *Pbilof. lib. 1. et de Ifid. et Osir. quaternarium maximum et sanctissimum Pythagoricorum iusiurandum complecti constet, in sensu tamen carminis nihil mutandum, quia non pugnat*

gnat eos per Pythagoram et per ipsam tetractyn multo magis iurasse: id quod in controversiam vocari vix posse puto, quia IAMBlichus *de vita Pythagorae* Segm. 150. tradit, Pythagoram praecipisse, ne quis iureiurando deorum nominibus abuteretur, ideoque illos deorum nominibus uti reueritos, ipsum quoque Pythagoram prae reuerentia nominare noluisse, sed per inuentionem numeri quaternarii, quem tetractyn nominabant, nomen eius circumscriptisse. Pythagoram per tetractyn, discipulos vero eius per Pythagoram iurasse putat MEVRSIUS *de denar. Pythagor. cap. 6.* vbi plurima loca auctorum in contrarias sententias discedentium collegit.

Caeterum primo quidem intuitu probabilis videtur Seldeni, viri doctissimi, sententia, existimantis, nomen diuinum Tetragrammatum Iudeis religiosissime cultum et, ut quidam volunt, absconditum, Gentibus innotuisse et a Pythagora per Tetractyn indicatum fuisse: idque eo minus mirum videri posset, quia Pythagoras Nazaratum Assyrium,

quem nonnulli Ezechielem Prophetam putarunt, docentem audiuisse creditur, qua de re videndus Seldenus d. l. Verum licet diuinis illius nominis celebritas in gentes quoque dimanarit, de quo videri potest GROTIUS ad Matth. aliique : si tamen omnia, quae huc spectant, perpendemus, videbimus, nisi valde fallor, mera coniectura niti, quod ille existimat, Pythagoram per tetractyn nomen illud indigitasse. Quid ni enim diceremus Aristotelem et Pythagoram eiusque discipulos numero ternario etiam ad Trinitatem diuinam respexisse. Hunc enim numerum pro perfecto habuerunt, eoque usi sunt in sacrificiis, ac praeterea ipsum omne, et omnia tribus determinata statuerunt. Diserte ARISTOTELES lib. i. d. coelo cap. i. cuius verba, quae huc faciunt, adscribam: *Ipsa tria, omnia sunt, et ipsum ter omniaque.* Quemadmodum enim a iunt Pythagorici, ipsum omne et omnia tribus determinata sunt. Finis enim et medium et principium numerum habent eum, qui ipsius omnis est: hoc autem eum, qui ipsius trinitatis est. Quapropter natura

*tura accipientes tanquam leges illius, et ad sacrificia deorum utimur hoc numero, etc.*

Et cur haec caeteraque eius generis Pythagoram a Chaldaeis et Iudeis accepisse, non vero proprio marte inuenisse dicemus? cum, Hierocle teste, fuerit ἀνθρώπος ἐμοίωτες θεοῦ κοσμητός, vir dei similitudine praeditus, et mathematicae scientiae doctrinam, referente iamblicho ad Nicomach, Arithm. p. 3. mirabili principiorum demonstratione non tantum exacte tradiderit, sed et theorematata proposuerit aliorum dogmatibus non perturbata et confusa: cum foecundus, ordinatus et compositus in numerorum εἰδήσαι, scientia (Tennulius male vertit *speciebus*) fuerit, quorum originem inuestigavit nullo omisso, vt apud ipsum quis inueniat, quod in aliis libris non videat. Aristoteles certe, quod de tribus et trinitate loco paulo ante relato, tradidit, sequi se ait, quod natura ipsa sic induxit. Quibus perpensis nolle conuersationi cum Iudeis promiscue adscribere, si quid Pythagoras dixisse reperiatur, quod a Iudeorum disciplina non abhorret.

*De scopo  
doctrinae  
numero-  
rum Pytha-  
goricae ge-  
neralia  
quadam in  
seq. profe-  
renda.*

Quandoquidem autem in quaternarium Pythagoricorum incidimus, lubet generalia quaedam de scopo doctrinae numerorum a Pythagoreis exulta, quantum temporis an gustia et instituti ratio patitur, in medium proferre, idque verbis ut plurimum Veterum, ne scientiae huic profundae et absconditae quid addamus aut detrahamus, ut Lamblichus loquitur.

*Philosophia* Constat autem Pythagoram, qui primus *scientia co- rum, quae vere sunt, ex senten- tia Pytha-* Philosophiae nomen inuenisse dicitur, in ea opinione fuisse, quod vere non existant, nisi materia carentia et sempiterna, quia haec sgorae. la fint δραστικὰ αἰτίωσις. Etenim corpora ille aquivoce dixit per participationem eorum, quae vere sunt, nunquam autem vere esse, et propterea in veram scientiam non cadere, neque firmam praebere cognitionem, quae aliter acquiri non possit, quam per cognitionem universalium ad particularia relatam et applicatam. Philosophiam inde dixit, amorem esse sapientiae, sapientiam vero, scientiam veritatis et eorum quae vere sunt: finem tandem Philoso-

Iosophiae λύσιν καὶ περιαγωγὴν ψυχῆς απὸ σώματος, solitu-  
tionem et abductionem a corpore.

Plato duplicem Philosophiam fecit, unam Plato da-  
plicem Phi-  
losophiam  
fecit, unam  
opinabilitū,  
et alteram  
corum quae  
vere sunt. opinabilem et alteram eorum, quae vere sunt. Hanc εποντικήν vocavit, quae opinabilibus, mix-  
tis, et varietati obnoxiiis omnibus relictis, ad Ens primum, simplex et materiae expers nos deducat, veramque de eo sententiam conciliet, quem perfectum Philosophiae finem statuerunt. Mente[m] enim humanam quamdiu corpore et affectibus continetur, nullam cum deo societatem habere putarunt Gentiles, nisi quatenus Philosophiae adiumento veluti per sompnum intelligentia eum attingat. At postquam solutus animus migrabit ad id, quod est inuisibile, perturbationi non obnoxium, et castum atque purum, tum deum ipsum eius esse ductorem, a quo pen-  
deat, et absque illa satieta[m] compleatur, optimi esse specula-  
dinem. tamen

Quamvis igitur Philosophi, ut dictum, corporeā Corpora vere non existere existimarent, optimi esse specula-  
dinem.

tamen quique illa non minus, quam incorpo-  
rea, quae mente percipiuntur, pro speculis  
habuerunt, in quibus aenigma aliquod DEI  
conspiceretur : quorum tamen alia ali-  
is essent pro varia earum natura vel obscuri-  
ora vel clariora, a natura suppeditata, velu-  
ti instrumenta et artificia DEI omnia recte or-  
dinantis et pulchre ornantis : quemadmodum  
et CICERO lib. 2. d. *Nat. deor.* bestias dixit spe-  
cula esse naturae.

*Hinc gen-*  
*ties diis*  
*suis varia*  
*signa et si-*  
*mularca*  
*tribuerint.* Quam etiam causam puto, quod Gen-  
tiles omnes diis suis varia signa et simulacra  
tribuerint, quibus operationes virtutes et po-  
testatem eorum designarent, quorum non  
pauca videri possunt apud PLUTARCH. *de Isid. et*  
*Osiride*: item quod Aegyptii in cultu sacro du-  
plicia signa adhibuerint, principii nempe sensi-  
bilis, quod erat Isidis, et intelligibilis quod  
fuit Osiris. Illo quidem usi fuerunt sac-  
pius, intelligibili vero et luminoso rarius,  
quia intelligentia sancti, sinceri et non ni-  
si mente percipiendi principii fulguris in-  
star animum illuminet. vid. PLUTARCH. *d.l.*  
illique

illique addatur IAMBlichus de Myster. Aegypt.  
passim.

Cum ergo Pythagoras Philosophiam esse solutionem et abductionem a corpore intelligeret et doceret, exposuit quoque media quae ad animum a corpore et sensibilibus abducendum optima iudicauit. Itaque totius vniuersi pulchritudinem a participatione es-  
fentiae primi Entis prouenire arbitratus, pri-  
mum, quod in eo comprehendendi possit, statuit naturam numerorum rationumque per omnia se insinuantem: et scientiam, quae circa haec versatur, veram scientiam, huiusque affe-  
ctionem Philosophiam esse censuit: nume-  
ri vero aeternam essentiam principium vni-  
uersi ac radicem deorum, omniaque numeris similia existimauit, teste IAMBlico de Vita  
Pythag. Segm. 146. 147. 162. Singulis etiam nu-  
meris proprietates quasdam peculiares, rati-  
onesque aequalitatis, dissimilitudinis et diuer-  
sitas inesse, singulosque certarum quarun-  
dam potentiarum locum sustinere statuit, qua-

rum

X

rum multae a Veteribus nobis conseruatae, yti omnes norunt, illasque hoc loco recensere velle praeter scopum esset et propositum.

*Numerorum doctrina veram sapientiam contineret comparari idem statuit.* Hanc scientiam numerorum cum reliquis ad finibus animo plurimum conducere arbitratus est, Numeros vero primo loco et principaliiter contemplandos docuit, quia scientia eorum versetur circa simplicia et quae principiorum loco sint: earumque antecellere reliquos, non quod in nudis cogitatis consistat, atque ultima sit, ex rebus sensibilibus demum exorta, sed quia communes notiones doceat, quae omnibus numeris, ubique sunt, accommodari queant: ipsum autem numerum perfecte ante omnia considerandum esse, ut intelligi possit is, qui vel naturae, vel moribus, vel formis rerum, vel in universum omnibus, quae existunt, insit. Numerum ergo definit, extensionem et vim efficacem rationum seminofarum, quae sunt in unitate: vel id, quod ante omnia in diuina mente existit,

tit, a quo et ex quo omnia fuerunt ordinata ac secundum inuiolabilem ordinem numerata.

Praceminent itaque hac numerorum scientia, caeterisque illi adfinibus, uno quasi vinculo colligatis, veram sapientiam comparari, si quis recte illas didicerit, affirmavit Pythagoras et post eum PHILO *Iud. lib. de Temulent.*

Illum certe per eam omnem veritatem ademptum fuisse, per numeros vaticinatum, et deorum cultum numeris quam maxime cognatum peregisse refert IAMBlichus *d. Vit. Pythag. cap. 20. Segm. 142.*

Vnde Theologia Pythagorica numeris *Vnde Theolog. Pythagorica* comprehensa; cuius idem eodem loco *Segm. 145.* mentionem facit, eiusque specimen a <sup>numeris</sup> pud Orpheum existare dicit. Theologiam <sup>comprehensio fluxit.</sup> illam Iamblichus vocat θεολόγιαν κατ' αριθμὸν: quam lectionem et si damnet SCHEFFERVS *de Philos. Ital. cap. 10.* et scribendum iudicet κατ' αριθμῶν. illudque αριθμῶν Interpretem misere-

re fefelliſſe existimet, nihil tamen vitii in illa adparet. Sic enim legimus δικαιοσύνη καὶ πίστιν Hebr. cap. 11. vs. 17. διδασκαλία καὶ εὐθεαστική, i. Tim. cap. 6. vs. 3. add. 1. Tit. cap. 1. vs. 1. Sic quoque recte edidit eum locum L. CYSTERVS.

Cum yero, quae ad doctrinam numerorum Pythagoricam pertinent, omnia adferre necesse non sit, de vnitate saltem, et deinde de quaternario quam Themidi assignarunt, non nulla dicemus, ad finem huius disquisitionis, qua possumus contentione, properaturi.

*De unitate,  
Binario et  
Ternario.*

Vnitatem itaque quam Graeci Μονάδα dicunt, ita Pythagoras eiusque sectatores descriperunt, quod sit initium numeri, et prima atque communis eius pars, omniumque rerum terminus: confinium numeri et partium, forma formarum omnes numeros in se comprehendens etc. Vnde mirum videri nequit, illos per Μονάδα D E V M intellexisse, eumque numerum numerorum nominasse, ipsos

ipsos etiam numeros deorum suorum appellationibus insigniuisse. Nam unitatem appellarent Apollinem, Atropon, aliisque nominibus: Binarium vocarunt Dianam, Artemin, Isidem, item materiam. Hinc PHILo IVDAEVs de Special. Legib. Addo et illud, naturam secundus, unitatem esse primae causae, seu primam Auctoris imaginem: dualitatem vero passibilis et dinisibilis materiac. Quisquis igitur dualitatem pluris, quam unitatem faciens, arripuerit, sciat se Deo preferre materiam. Ternarium Iustitiam appellant, quia aequalitas in medio posita sit. Triangulum acutilaterum Mineruam e Iouis vertice natam vocarunt, et Tritogeneian, quia tribus perpendiculis ex tribus angulis ductis dividitur.

Tetractyn vero, seu quaternarium numerum, primum solidi naturam ostendere docent, quia ab unitate incorporea et essentia intelligibili nos ducat ad corporis trifariam patentis considerationem, indeque

multum existimationis ei numero conciliari, etiam ex eo, quia sit quadrangulus *ioratius*, ut Philo Iud. loquitur, vel ut Iamblichus, *apertus apertus pariter par*, (descriptio eius vide ap. IAMBILCH. ad Nicom.) id est, ex duobus binariis non tantum additis, sed et multiplicatis oriatur, sicque mensura sit iustitiae et aequalitatis, pulcherrimamque consonantiae speciem prae se ferat, quae nulli ex reliquis numeris insit, cum ex ternario multiplicato oriantur nouem. vid. PHILO IUDAEVUS de Opific. Mund. et de Vit. Mof.

*Tetrallym mundum appellaverunt Pythagorici.*

Tetractyn porro Mysticam mundum appellarunt, quod ex primis quatuor paribus et primis quatuor imparibus compositis perficiatur, quam miram rem dixit PLUTARCHVS de Anim. procreat. e Timaeo. Rationem conuenientiae numeri quaternarii cum mundo Socrates sic exposuit: Mundo, inquit, quem deum γενητὸν vocat, suam insit conversionem, quam humerus perfectus

fectus comprehendat: quaternionem vero perfectiorem habere procreationem, vbi pares paribus, impares imparibus inter uallis multiplicentur: id quod pluribus demonstrat PLVTRARCHVS d. t. Quin et Musicas Symphoniarum rationes quaternionem continere obseruarunt, diatessaron scilicet, diapente, et disdiapason, quae certe res non exigui momenti nobis esse videtur. Insigne quoque huius numeri priuilegium esse notant, quod medius sit inter septenarium, quem virginem dicunt, et vnitatem. Plura de hoc numero er reliquis, vt et nomina eorum diligenter congregavit MEVRSIUS in denario Pythagorico, qui adeundus.

Quatuor Themidis symbola, origanum, lucernam,ensem et pectinem refert EVSEBIUS Praepar. Euangel. lib. 2. c. 3. quae explicat Pighius laudato saepius lib. Haec de quaternario tradita sufficiant: cum ex illis nullo negotio intellegi, an numerus quatuorius Themidi conueniat.

ligi posse non dubitemus, an et quadratus numerus ille Themidi conueniat. Sic igitur Themidis columna quadrata huius nostrae commentationis Terminus.

*Xaipe thea, ragi tauude odae pleteri, ey d' omouoia,  
Ev t' evnypereioe.*

*Vale dea, et hanc serua ciuitatem, in concordia,*

*Et in felicitate.*



SVMMA-

# SVMMARIA.

<b>M</b> ulta nobis quotidie offerri ad proficiendum in sapientia,	Veteres originem iuris alte repetuisse.
Idque Dei benignitate, ut a pranitate liberemur.	18.
Modos, quibus Deus id efficit, innumeros esse,	ibid.
Interque illos et hunc, ut media ad scientiam adquirendam necessaria suppeditet.	2.
Ipsam imbecillitatem nostram huic nisi saepe inseruire.	3.
Ab unius uirga non vident scientiae adquisitio.	4.
Argumentum tractationis proponitur.	5.
St. Pighius laudatur.	6.
Themis quid?	7.
Themidis parentes.	8.
Coelus quis?	9.
Amor antiquissimus Deorum.	10.
Quid Phanes Orphoi.	11.
Sub fabulis Phaenomena naturae, politica, et moralia occultari.	12.
Cur Coelum Hesiodus dixerit antiquissimum Deorum?	13.
Coelus primus imperium tenuit.	14.
Per Coelum et Terram res visibles intelligendae.	15.
	17.
	Iuris constitutio an hoc postulet?
	19.
	Ius etiam ex rebus creatis innestigandum.
	20.
	Sententia Hierocles verbis eius exponitur.
	21.
	Sententia Ciceronis de Lege aeterna.
	22.
	Origo iuris varia videri potest.
	23.
	Obscurissima quaque ad ius pertinencia evoluenda.
	24.
	Cur Veteres iuris originem Amori non adscriperint?
	25.
	Terra ad iuris ortum quid conculerit.
	26.
	Ius duplice natura praeditum.
	ibid.
	Creaturae sunt simulacra sue causae.
	27.
	Inter illas est amicitia.
	28.
	Iuris vocabulum hoc loco ius uniuersum comprehendere.
	29.
	Etiam id, quo materia continetur.
	ibid.
	Sententia Pighii proponitur.
	31.
	Duae Themides.
	32.
	Sacra Themidis duplicita cur instituta fuerint.
	33.
	An male duae Themides singantur?
	34.
	Carmen.
	35.

S V M M A R I A.

<i>Carmenta eadem cum Themide.</i>	36.	<i>Quaedam facultates sola aetate matu-</i>
<i>Carmentalia sacra.</i>	38.	<i>rescere.</i> <i>ibid.</i>
<i>Euander filius Themidis.</i>	39.	<i>Furor pluribus describitur.</i> 64.
<i>Pighis sententia de duabus Carmentis.</i>	40.	<i>Testimonium Scaligeri.</i> 65.
<i>An Nomos et Themis differant?</i>	41.	<i>Qua re singuli motus excidentur.</i> 66.
<i>Themis artem vaticinandi et sacrorum ritus homines prima docuit.</i>	43.	<i>Non omnes mortui sequendos esse, sed quosdam collibendos.</i> 67.
<i>Ratio quaedam differentiae intra Themis et Nomum.</i>	44.	<i>Plures animi commotiones vanitatem subiectas esse.</i> 69.
<i>Dii Gentilium duplicitis sexus.</i>	45.	<i>Cur Veteres Themidi artem vaticinandi tribuerint?</i> <i>ibid.</i>
<i>Quod porro probatur.</i>	46.	<i>Eatura intelligi nequemut nisi a mente, quae rerum omnium rationes aeternas complectitur.</i> 71.
<i>Themidis Epitheta.</i>	47.	<i>Hinc potestatem aliquam, quae scientiam illam conferat, post Deum existere crediderunt.</i> 72.
<i>Cur ieposthōtos vocetur ab Orpho.</i>	48.	<i>Quod testimonis probatur.</i> 73.
<i>Car ieposthōtos ἀνδρῶν vocetur.</i>	50.	<i>Themis Apollini vaticinandi facultatem largita.</i> 78.
<i>Varia de Themide afferantur.</i>	51.	<i>Quid per Nectar et Ambrosiam intendendum sit, ex Platone probatur.</i> 79.
<i>Themis bone vecta.</i>	52.	<i>Sententia Iamblichus de triplici hominis vita.</i> 81.
<i>Aegyptii bonum coluerunt.</i>	54.	<i>Quid Nectar et Ambrosia sit, ex Horatio probatur.</i> 82.
<i>Themis Oraculorum Praeses, et vaticiniorum.</i>	ibid.	<i>An illa sint cibus, an poiss, an uerumque.</i> 83.
<i>Agitur in sequentibus de furvo Pocatum et aliis orum.</i>	56.	<i>Fabulam de Apolline aliter narrat Lucanus et Dionysius Periegetes.</i> 84.
<i>Non solum Poetae mentis cogitationem patiuntur.</i>	57.	<i>Apollo Ionis Propheta dictus.</i> 85.
<i>Vita nostra perpetuo in morte consistit.</i>	ibid.	<i>An Lucanus fabulam recte narret?</i> 86.
<i>Mortus ille varius est.</i>	58.	<i>Cur Veteres Apollini, vaticinandi artem tribuerint?</i> 87.
<i>Varius esse animi nostri facultates.</i>	59.	<i>Apol-</i>
<i>Hae suo tempore parturire incipiunt.</i>	60.	
<i>Et scientiam saepe nouam pariant.</i>	62.	
<i>Necessa est, ut abyssus mentis nostrae reclindatur.</i>	63.	

# S V M M A R I A

<i>Apollinem mentes hominum sciens illustrare crediderunt Veteres.</i>	88.	<i>entem fibicopulanis.</i>	115.
<i>Quomodo uates scientia futurorum im- pletantur.</i>	89.	<i>Quae nam probabilis huius rei ratio videatur.</i>	116.
<i>Themis quoque ipsum factum modera- ri dicitur.</i>	90.	<i>Cur Themis Ichneaa dicatur?</i>	118.
<i>Consuetaria quaedam ex dictis dedu- cta.</i>	91.	<i>Filiae Themidis tres et prima qui- dem Eunomia.</i>	119.
<i>Alia adhuc.</i>	93.	<i>Altera Dice.</i>	121.
<i>Vnam esse Themidem, et unam legem aeternam.</i>	94.	<i>Tertia Themidis filia Irene.</i>	122.
<i>Quatuor gradus Legis aeternae se- cundum Platonem.</i>	95.	<i>Quam utilitatem illae Republicae præstene.</i>	rbid.
<i>Hic gradus obiter examinantur.</i>	97.	<i>De Parcis.</i>	125.
<i>Pighii sententia de illis gradibus.</i>	ibid.	<i>Parcae tres.</i>	126.
<i>A Deo bona in homines per interme- dios daemonas derinari.</i>	100.	<i>Nomina Parcarum, et cur tres fin- gantur.</i>	127.
<i>Pulchritudo rerum quatuor circulis continetur iuxta Platonem.</i>	101.	<i>Idem Numen variis nominibus appet- tarunt Gentilis.</i>	128.
<i>An utilitatem aliquam habeant gra- duis illi iuris?</i>	102.	<i>De Astraea Virgine.</i>	129.
<i>Et quam?</i>	104.	<i>Fabula de Astraea ex Arate.</i>	130.
<i>Cognitio vera Iuris sine Deo nulla est.</i>	106.	<i>Viderur esse filia Themidis.</i>	132.
<i>Tria Iouis coniugia.</i>	107.	<i>Cur Virgo vocetur?</i>	133.
<i>Quid per Ionem Veteres intellexerint.</i>	108.	<i>Alier quoque Astraea a Themide dif- ferre videtur.</i>	134.
<i>Metris prima Iouis coniux, et cur e- am denorasse fungatur Iupiter.</i>	109.	<i>Astraciam cum Fortuna eandem esse a- liqui indicarunt.</i>	ibid.
<i>Variorum sententias de Minerva ex capite Iouis nata.</i>	111.	<i>De Pudore et Nemesi.</i>	135.
<i>Explicatur fabula.</i>	112.	<i>Themidis et filierum simulacra in La- pide Terminali, a Pighio exhibi- ta.</i>	137.
<i>Coniungum Iouis cum Themide, Iuno- ne, Cerere, etc.</i>	114.	<i>An simulacra illa fuerint Veneris et Gratiarum?</i>	138.
<i>Iupiter Themidem latenter et fugi-</i>		<i>Quid Veteres hoc signo indicare volu- erint, iudicio Pighii.</i>	139.
		<i>Id quod pluribus explicatur in seq.</i>	140.
		<i>Versus Horatii explicantur.</i>	141.

S I V M M A R I A.

- |   |  |
|---|--|
| <i>Themidis imago in lapide Terminali.</i>  | Plato dupl. Philosophiana fecit,         |
| 145.  | vnam opinabilium, et alteram co-         |
| <i>Sacra Terminalia.</i>                    | rum quae vere sunt. 159.                 |
| 146.  | Corporea esse specula diuinitatis. ibid. |
| <i>Termini templum in Capitolio.</i> 147.   | Hinc gentiles diis suis varia signa et   |
| <i>Themidi numerum quaternarium con-</i>    | simulacra tribuerunt. 160.               |
| <i>uenire.</i> 148.                         | Inter media, quibus animus a rebus       |
| <i>Et quomodo.</i> 149.                     | sensibilibus abducitur Pythagoras        |
| <i>Inuentor quaternarii Pythagoras per-</i> | numerorum doctrinam retulit. 161.        |
| <i>hibetur.</i> 155.                        | Numerorum doctrina veram sapienti-       |
| <i>De lectione vera versum in Carm.</i>     | am contineri et comparari idem sta-      |
| <i>aur. Pythag.</i> ibid.                   | tuit. 162.                               |
| <i>Sensus versum illorum quis sit.</i> 153. | Vnde Theologia Pythagorica numeris       |
| <i>Qui probatur.</i> 154.                   | comprehensa fluxit. 163.                 |
| <i>An Pythagorae numerus quaternari-</i>    | De unitate, binario et Ternario.         |
| <i>us ad Nomen diuinum Tetragram-</i>       | 164.                                     |
| <i>matum respsicat.</i> 155.                | Tetractys Pythagorica. 165.              |
| <i>De scopo doctrinae numerorum Py-</i>     | Tetractyn mundum appellant Pytha-        |
| <i>thagoricae generalia quaedam in</i>      | goriae. 166.                             |
| <i>seq. proferenda.</i> 158.                | Ex dictis intelligi, an numerus qua-     |
| <i>Philosophia scientia eorum, quae ve-</i> | ternarius Themidi conueniat. 167.        |
| <i>re sunt, ex sententia Pythagorae.</i>    | ibid.                                    |



Staatl. Bibliothek  
Regensburg